caſus inopinatus ſuperueniens inopiæ bene facit locum repetitioni, ſecus ſi fuit præuiſus, & cognitus. ſolu. mat. l. ſi conſtante. num. 171. 43

caſus quot ſint, in quibus ex impetratione iuris iniqui facta à procuratore dominus teneatur. l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. nu. 3. ff. quod quiſque iuris. 98

caſus expreſſus in conditione, quando eſt omnino diſſimilis à caſu tacito, tunc nunquam trahitur ad caſum tacitum. ff. de lib. & poſthum. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 25. 209

caſus mixtus an contineatur ſub ſimplicib. etiam in contractib. de equitate, & non de rigore. de lib. & poſth. l. ſi ita ſcriptum. nume. 1. 182

caſus impotentiæ in ſubſtitione vulgari ſi hĩs eſſe non poterit, intelligitur quocunque, & qualitercunque non poſſit eſſe hæres, ſemper admitteretur ſubſtitutus. C. de hær. inſti. l. cùm proponas. nu. 4. 118

caſus ſpeciales, in quibus quis naſcitur ex ancilla, & ſerua, tamen non naſcitur ſeruus. ff. de præſcrip. ver. l. naturalis. nu. 1. 225

caſus, & aduerſa fortuna debent eſſe in conſideratione. ſol. mat. l. ſi conſtante. nu. 46. fol. 37. & in l. ſi cui leg. §. ſi Titio. ff. de leg. 1. nu. 13. 93

caſus ſpecialis eſt, in quo ex ſententia iudicis oritur actio præſcri. verb. in ſententia diuiſionis. ff. de re iud. l. miles. §. iudicati. nu 5. 153

caſus duo, qñ æquiparantur in omnibus in l. antiqua, etiam in correctorijs quicquid per legem nouam ſtatuitur in vno iſtorum caſuum, intelligitur etiam ſtatutum in alio, & ſic fit extenſio de vno ad alium. l. qui condemnare. ff. de re iud. n. 9. fol. 142. & in l. 1. ff. de vulg. & pupil. nu. 5. fol. 96. & idem ſi per modum regulæ æquiparantur. l. poſſideri. ff. de acqu. poſ. nu. 19. fol. 71. l. tranſigere. nu. 15. C. de tranſac. 106

caſus fortuitus, & caſus improuiſus quomodo differant. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum nu. 31. 151

caſus, in quo nepos habens patrem, & auum nulli eorum agnoſcitur, licèt ſuperueniat poſt mortem vtriuſque, quando pater, & auus ſimul moriuntur, vide de hib. & poſth. l. filius à patre. nu. 2. 195

caſus, qui important vim clauſulæ codicillaris ſunt tres. de vulg. & pup. ſubſtit. l. verbis ciuilib. nu. 14. 114

caſus fortuitus eſt, quando aliquid euenit ſine culpa, q̃ præuideri non poterat. ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi poſt addictum. nu. 7. 166

caſus contingens in perſona legatarij nocet eius hæredibus. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. nu. 13. 75

caſus duo qñ parificãtur, ſeu æquiparantur à lege antiqua. l. noua corrigens in vno intelligitur corrigere in alio, ad Sentuſc. Treb. l. Marcellus. nu. 27. fol. 208. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. nu. 19 fol. 32. & in l. ſciendum. ff. de leg. 1. num. 32. fol. 10. & in Auth. nouiſſi. C. de inoffic. teſta. num. 38. fol. 166. & in l. poſthum. num. 19. C. bon. poſſeſ. contra tab. 27

caſus omiſſus hĩ pro omiſſo, & relinquitur diſpoſitioni iuris cõis, de lib. & poſthu. l. commoditiſſimè. nu. 1. fol. 177. & in l. non tñ. ff. de re iudic. nu. 6. fol. 169. & in l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſa data. nu. 1. 157

caſus, qui valde innittitur æquitati, non debet extendi ex identitate rationis contra alias regulas iuris. ff. de verb. oblig. l. à Titio. n. 7. 153

caſus, in quibus requiritur, quod procurator habeat ſpeciale mandatu. de lib. & poſ. hu. l. Titius. nu. 14. 194

caſus omiſſus à teſtatore habetur pro omiſſo. de leg. 1. l. cùm res. nu. 19. fol. 89. & in l. tale pactum. §. pater. ff. de pact. nu. 4. 205

De caſibus fortuitis nemo tenetur, niſi ſpecialiter eis renunciauerit. de lib. & poſthu. l. Titius. nu. 13. 194

¶Cariſtia. Cariſtiæ, quæ ratiſſimè contingit, an ſit habenda conſideratio. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. nu. 36. 151

¶Caſſum. Caſſato principali, an cenſeãtur caſſata omnia in eo contenta, etiam ſi in eis interueniat iuramentum. in l. ſi ita. §. Chryſogon. ff. de verb. oblig. num. 48. 200

caſſum. & inutile iunctim ſigni. ipſo iure. idẽ ẽt caſſa, & irrita, & an reqratur ſnia. vide in l. non dubium. C. de legi. num. 25. 36

¶Caſſigatio modica quæ ſit, & quibus eſt permiſſa. in l. magiſtratib. ff. iuriſdi. omn. iud. nu. 1. cum ſeq, 87

¶Caſtratus differt à ſpadone, & in quo, in l. ſed eſt quæſitum. ff. de lib. & poſthu. num. 2. 169

Caſtratus an poſſit adoptare, & an poſſit vxorem ducere, & an poſſit habere poſthumum naturalem, vel ciuilem. ibid.

¶Caſtrum

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

¶Castrum æquiparatur minori, vt competat sibi restitu. sicut & ciuitas. in l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. Eccles. nu. 16. 30

castrum cõe si duo fratres illud possideant, & vnus sit expulsus ab alio, expulsus nõ debet admitti, vt iura sua cedat principi ciuitatis, vel alicui potentiori, pro aliquo, q̃ sibi debetur, vide in rub. C. ne fiscus, vel respubl. nu. 2. ver. vnde per istum. fol. 134. & in l. 1. C. qui testa. face. pos. num. 29. fol. 85. & an & qñ possit, vel non quis partem suam vendere ad æmulationẽ alterius hñtis partem suam in castro, in l. serui elect. de leg. 1. in §. Labeo. nu. 14. fol. 18. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. numero 9. 9

castrum quid sit, & in quo distinguatur à villa, vel oppido, in l. si hæres. §. vicis. de leg. 1. nu. 7. 127

castro concesso per principem alicui non facta mentione hæredum, an transibit ad hære. qui ex natura feudi succederent. in l. apud Iulia. §. si quis cui. de leg. 1. num. 9. 75

castri possessio quando censeatur apprehensa totius castri, in l. possideri. ff. de acq. poss. nu. 32. 72

castrum seu fortilium non licèt ædificare, quando fit ad æmulationem alterius. l. quominus. ff. de flumin. num. 24. 186

castrum si aliquis concessit in feudum forma, & modo quib. antecessoribus suis fuerat concessum, quamuis non appareat quibus modis, & formis sui antecessores haberent, non per hoc vitiabitur concessio. ff. de iureiur. l. admonendi. nu. 24. 100

castrum si concedatur alicui nobili, & eius filijs, & nepotib. intelligit̃, q̃ quãdiu ipse nobilis viuit, nõ veniunt filij, & quãdiu ipsi filij viuunt, non veniunt nepotes ex eis. de liber. & posthum. l. Gallus. §. quidam rectè. num. 40. 205

¶Castro vendito cum pertinentijs, an veniant prædia sita sub territorio castri, in l. beneficium. ff. de consti. principum. nu. 7. 29

castro præscripto, an intelligatur præscripta iurisdictio. l. ius dicentis. nu. 13. ff. de iurisd. om. iud. 68

Castro donato an intelligatur donatum merum, & mixtum imperium. ibid. num. 17. eod.

castra & villæ licèt possint condere statuta, tamen illis statutis nõ possunt pœnam adijcere. ff. de iust. & iur. l. omnes populi, nu. 26. 16

castro concesso in feudo intelliguntur concessæ munitiones. ff. de cõst. principum. l. beneficium, nu. 3. 29

¶Catoniana regula. De hac reg cat. vide infra in verbo Regula.

¶Causa simpliciter commissa, intelligitur tam ad petitorium, quàm ad possessorium. ff de acq. poss. l. naturaliter. §. nihil cõmune. n. 189. 109

causa sumitur pro iure in iudicio deducto. l. postquam. n. 11. C. de pact. fol. 62. & in l. qui Romæ. §. Callimacus. ff. de verb. oblig. nu. 18. 177

causa superueniens non excusat à pœna delicti præcedentis. l. stipulatio. nu. 5. de ope. no. nun. 47

causa iusta, vel iniusta excusat à dolo, in l. si si quis id quod. de iur. omn. iud. vbi loquitur de pœna legali. num. 35. fol. 84. non tñ causa iniusta excusat à contumacia vera. l. 1. §. hoc iudiciũ. ff. si quis ius dicenti. nu. 27. fol. 108. bene tñ excusat, vt quis non possit mulctari, in l. ex quacunque, num. 10. ff. si quis in ius. fol. 117. licèt non à pœna legali, vel statutaria, in l. iustè possidet. ff. de acq poss. nu. 32. 96

causæ iustæ, quæ excusant à dolo, & à pœna doli, sunt quatuor, in l. si quis id quod. ff. de iur. omn. iud. nu. 35. 84

causa, quæ semel est delegata per Papam in curia Romana, nunquã exibit de curia, nec reuertetur ad ordinarium, quamuis delegatus ille sit mortuus. de leg. 1. l. filiusfam. §. diui. nu. 58. 166

causa dicitur requirere altiorem indaginem, quando non potest incontinenti probari, & quando incontinenti dicatur non posse probari. C. edic. diui Adr. toll. l. quamuis, nu. 2. 172

causam potest diffinire, & sententiare ille, cui comissa est causæ cognitio. l. qui iurisd. nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud. 86

causa licèt fuerit commissa per principem appellatione remota, etiam si intelligatur de non friuola, tamen à sententia lata tertius comparens pro suo interesse poterit appellare. ff. de pact. l. iuris gentium. §. prætor ait, num. 12. 185

causa postquam est commissa consi. sapientis, non potest consultor nouas probationes admittere. ff. de fer. l. in pecuniarijs, nu. 56. 163

causa principalis quando est summaria & executiua, oĉs articuli, q̃ in ea emergunt, debent summariè expediri. C. qui admit. in rub. n. 2. 6

causa ciuilis magna, & cã criminalis æquiparantur, in l. plerique. ff. de in ius voc. nu. 15 fol. 114. ff. de iureiur. l. admonendi, in repe. num. 272. fol. 132. vbi quæ dicatur magna, vel parua, sed aduerte, q̃ causæ magnæ, & criminales non æquiparantur quo ad tempus in statuto, in l. properandum, de iud. nu. 3. 148

causa, quando non potest impleri per casum fortuitũ, cessat repetitio ex capite causæ non sequutę. ff de cond. cau. dat. l. dedi. §. idẽ est. n. 5. 152

causa cùm debeat exprimi in appellatione ab interlocutoria pro forma, non sufficit expressio etiam per relationẽ ad acta, de lib. & posth. l. Gallus §. idem credendum, nu. 17. 207

causa quando est commissa ad consilium sapientis, dicitur esse conclusum in causa ff. de iureiur. l. admonendi, nu. 50. 101

causa cessante cessat effectus. ff. q̃ satisf. cog. l. sciendũ. §. si fundũ, n. 4. 141

Causa ordinaria licèt de consensu partium non possit fieri summaria, tamen si sit summaria, potest de consensu partium fieri ordinaria. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus, ne peteret, nu. 7. 194

causa vbicunq; committitur sola facti veritate inspecta, receditur à regulis iuris. ff. de reb. cred. l. certi condictio. §. si nummos, nu. 32. 26

causa q̃libet etiã iniusta dũmodo sit colorata absque contẽptu iudicis, excusat quẽ à mulcta. ff. si qs ius dicẽti. l. 1. §. hoc iudiciũ, nu. 24. 108

causa si ex forma statuti debeat expediri intra certum tempus, illud tempus non currit impedito per dilationem aduersarij. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum, nu. 12. & 13. 155

causa consensus præstiti limitata in venditione, debet producere effectum limitatum. ff. de leg. 1. l. si fundum per fideicom. nu. 20. 160

causa dicitur esse ciuilis, quando agitur ad pœnã applicandã parti, etiã si ageretur pro delicto, quando autẽ agitur ad pœnam applicandam fisco, causa dicitur criminalis, quia agitur ad vindictam publicam. C. de iudic. in rub. n. 2. fol. 140. & in l. in pecuniarijs. ff. de fer. n. 50. 162

causa dicitur ardua, quando quæritur de statu personæ, vel de statu libertatis, vel subiectionis, vel de magnis rebus arbitrio iudicis. ff. si quis cau. l. non exigimus. §. si quis in iudicio, nu. 13. 148

causa affectata, & procurata non prodest quantum ad beneficium restitutionis in integrum, quod est de iure singulari. ff. qui satisd. cog. l. si verò. num. 7. 130

causa qualiter agitetur, & terminetur in materia feudi. C. in vsib. feud. num. 71. 239

causa tunc est propria, quando commodum, vel incommodum ad aliquem spectat. ff. si ex noxa. cau. aga. l. si cum vno, nu. 3. 143

causa q̃ non expediatur intra tempus instantiæ, quando stat per iudicẽ, debet apparere, q̃ pars fuit protestata. ff. si quis cautio. l. non exigimus. §. q̃ d. ximus, nu. 8. 149

causam adesse quãdo requiritur certo, & determinato tempore, tũc sufficit illo tempore causam adesse, licèt postea cesset. ff. qui satisd. cog. l. sciendum. §. si fundum. nu. 13. 141

causa præsumitur in dubio in Principe rescribente. C. de test. l. si testamentum. num. 2. & 3. 100

causa postquam est decisa iuramento, potest iuramento omisso admitti probatio. ff. de iureiur. l. si duo patroni. §. idem Iul. nu. 11. 84

causa non requiritur in conuentionibus liberatorijs. l. creditori tuo. nu. 2. C. de pact. 74

causa quælibet etiam iniusta excusat à periurio. ff. de in lit. iuran. l. videamus. n. 9. 146

causa non potest esse sine effectu, de leg. 3. in l. re coniuncti. nu. 108. 184

causa causati licèt sit quicquid est causa causæ, tamẽ effectus attribuitur causæ immediatæ. ff. de cond. cau. dat. l. si pecuniam, nu. 21. 156

causa vt sit mixti imperij, non est necesse, q̃ in ea requiratur causæ cognitio. l. imperium. nu. 9. ff. de iur. omn. iud. 71

causa si committatur decidenda conscientiæ alicuius, non potest trangredi leges, & qualiter hoc intelligatur. l. si post diuisionem, nu. 7. C. de iur. & fact. igno. 41

causa si differtur vltra triennium negligentia aduocati, punitur aduocatus. C. de iud. l. properandum. §. illo proculdubio. nu. 1. 155

causa quæ nocet, & causa, quæ prodest q̃n concurrunt in aliqua materia, & materia est indiuidua, & inseparabilis, an & quando attẽdatur causa quæ nocet, vel non. C. de inoffi. testa. l. si mater, nu. 9. 163

causa quando committitur alicui consulenda per verba quid iuris, tũc consultor debet videre non solùm circa merita causæ, sed etiam circa ordinem iuris, & circa accessoria. l. si fundum sub cõd. §. Stichum. de leg. 1. num. 13. 136

causa si committatur vt Doctor consultat, qualiter iudex debeat ferre sententiam, & diffinire, quid fiendum est, ibid.

causa quando est indiuidua, restitutio competens minori an competat etiam maiori. C. de test. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto, n. 13. 107

causa testati in institõne hẽdis non potest diuidi. ff. de acq. hær. l. 1. n. 7. 57

causam audiat cui commissum est, an poterit illam diffinire. de re iud. l. à diuo Pio. nu. 15. 160

causa pecuniaria vxoris potest exerceri per maritũ satisdantẽ, siue sit cã principalis. siue appellationis. C. de proc. l. cùm rem. nu. 1. 123

causa annullationis cessante, non tamen cessat effectus, ex quo effectus est iã consumatus. ff de verb. obl. l. inter stipulãtem. §. sacram. n. 9. 132

causa breuior quæ dicatur. ff. de iureiur. l. admonẽdi. in repe. n. 273. 132

causa quelibet etiam fatua licèt excuset à dolo, non tamẽ excusat à culpa. ff. de acq. poss. l. iustè possidet. nu. 31. 96

causa prohibitionis perpetua licèt fortior sit, quàm temporalis, tñ quando actus fit contra legem, redditur nullus, quando habet causam tẽporalem, sicut quando habet causam perpetuam. ff. de verb. oblig. l. si stipuler. nu. 6. 65

causæ ciuiles quæ sunt à 300. aureis infra, benè transeunt in generali delegatione, sed ea quæ sunt meri imperij, non transeunt. §. qui mandatam. l. quæcunque. nu. 3. de offi. eius cui mand. est iurisd. 58

causæ executiuæ an habeant instantiã. C. de iud. l. properandũ. n. 8. 148

causæ summariæ an habeant instantiam. vide ibid. nu. 9. eod.

causa possessorij dicitur esse summaria. vide ibid. nu. 10. eod.

causæ

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

Cauſæ, quæ requirunt plenam cognitionem, & expediuntur officio nobili, & ſunt meri, vel mixti imperij, non poſſunt delegari. ff. qui ſatiſda. cogan. l. arbitro. nu. 12. 135

cauſæ minimę intelligũtur à centum aureis infra. l. imperium. num. 32. de iuriſdict. omn. iud. 74

cauſæ ſummariæ, & ordinariæ qualiter differunt. ff. de ferijs. in l. in pecuniari js nume. 5. 160

cauſæ mixti imperij non requirunt cauſæ cognitionem. l. mandatam. nu. 2. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. 61

cauſas iuſtas oportet allegare in alienationib. minorum, & eas legitimas probare. l. nec quicquam. num. 80. ff. de offi. procon. & leg. 49

cauſæ plures qñ competunt ad idem, ſed origine non ſunt æquales in tpe, dicitur præoccupaſſe, qui prius habet ius petendi, & ſic qui prior eſt tempore, potior eſt & iure. de leg. 1. l. ſi plurib. nu 28. 61

cauſæ meri, vel mixti imperij delegari non poſſunt. l. quæcunque. num. 28. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. 54

cauſæ quædam ſunt, in quibus non admittitur probatio per teſtes de nouo repertos. ff. de iureiur. l. admonendi. in repe. nu. 321. 138

cauſæ duę ad eundem fin. ſi concurrunt, celerior conſumit effectum. ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis ſtipuletur. nu. 4. 110

cauſæ duæ quando concurrunt in aliqua materia, quarum vna nocet, altera prodeſt, an attendi debeat illa, quæ nocet, ei⁊illa, quæ prodeſt. ff. de cond. ob turp. cau. l. 1. nu. 7. 165

cauſæ expreſſio ſi non requiratur. & exprimatur cauſa inepta, an vitiet. ff. de verb. oblig. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. n. 33. 199

cauſæ dicuntur continentes ratione generalis actionis, quando res diuerſæ, vel cauſę continentur ſub vna actione. C. de iud. l. nulli. nu. 4. & quot modis dicantur. num. 1. 147

cauſæ licèt ſint quædã, quę plures quàm duos requirant teſtes, nulla eſt tamen, quæ vnius tantum teſtimonio quamuis legitimo terminetur. de acq. hæred. l. nec is. num. 13. 77

cauſæ appellationum ſunt mixti imperij med j. l. imperium. nu. 29. ff. de iuriſd. om. iud. 74

cauſæ criminales licet expediantur offi. iud. & officium iud. non præſupponat obligationem, tamen tale officium iudicis ſuccedit loco actionis. ad Senatuſc. Treb. l. 1. §. ſublata. num. 11. 194

cauſæ ciuiles habent inſtantiam triennalem, & ſi ventilentur ſuper ſtatu alicuius perſonæ, habent inſtantiam triennalem, quid in cauſa filiationis. ibidem nu. 4.

cauſæ feudales, quæ nõ reperiuntur deciſæ per iura feudorũ, debent decidi p leges ciuiles. l. quæcũq; n. 38. ff. de of. eius cui man. eſt iuriſd. 54

cauſæ duæ, ex quarum vna acquiritur detentatio, ex altera poſſeſſio, non poſſunt ſimul concurrere. ff. de acq. poſſ. l. ſi quis ante. nu. 1. 93

cauſæ, quæ non tribũnt ius, & requiritur ſummariã cognitionẽ, delegari poſſunt ẽt quo ad realẽ miſſionẽ. l. iubere. de iuriſd. om. iud. nu. 19. 77

cauſæ appellatione an veniat mediata, vel immediata. ff. de reb. cred. l. certi condictio. num. 16. 20

¶Cautio modalis quando interponatur. in l. ſiue apud acta. C. de tranſactionib. num. 13. & 21. 111

cautio iuratoria an & quando ſufficiat. in l. 1. C. de procura. numer. 11. cum ſeq. 123

cautio iuratoria non habet locum in eo, qui venit alieno nomine. ibid. cod. nu. & fol in l. actionem. cod. tit. nu. 8. 124

cautioni iuratoriæ an & quando ſtandum ſit. vide in Auth. cui relict. C. de ind. vidui. tol. nu. 9. fol. 197. & in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. num. 23. vbi ponit quare ſtetur ei propter impotentiam ſatiſdandi. 125

cautio iuratoria quando ceſſat. vide in l. 1. C. de carbon. edict. numer. 1. cum ſequen. 48

cautio tam ab homine, quàm à lege vel ſtatuto prolata qualiter intelligatur. in l. ſancimus. C. de verb. ſigni. nu. 1. cum ſeq. fol. 191. & quid qñ partes conuenerunt, ꝙ cautio præſterur ad conſilium ſapientis, tunc qualiter ſapiens declarare debeat, ibi. n. 4. & quid ſi alternatiuè dicatur. ſ. ꝙ caueat, vel ſatiſdat. ibid. nu. 5. fol. eo. & in Auth. cui relict. C. de ind. vid. tol. nu. 8. fol. 196. & in l. diuortio. §. interdum. ff. fol. nu. nu. 9. fol. 26. & in l. iubere. ff. de iuriſd. omn. iud. in princ. 75

cautioni præſtandæ per legatar. de reſtituendo legatum alteri, an poſſit præſcribi in l. huiuſmodi. de leg. 1. nu. 6. 142

cautio minus continet, quàm ſolutio. vide ibid.

cautio habet in ſe tempus tacitum quo fieri poſſit. vide ibi. nu. 3.

cautionem præſtare cogi poteſt, vt det vel faciat, qui dare, vel facere debet. vide ibid. nu. 4. cod.

cautio in contractu emptionis venit iure actionis. l. ſi domus. §. de euictione. de leg. 1. nu. 35. 123

cautio an ſit præſtanda pro debito in diẽ, vel ſub condi. tam ex vlt. volũ. quàm ex contractu deſcendenti. in l. quæ de legato. de leg. 1. n. 18. 88

cautio an & quando ſit præſtanda per hæredem pro re legata. ibid. & in l. cum res. eod. tit. num. 1. & 2. 89

cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri non poteſt remitti vſufructuario per teſta in l. nemo poteſt. de leg. 1. in 1. lect. nu. 26. 101

cautio in quo differat à ſatiſdatione. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. ff. de re iud. nu. 1. 144

Cautio de conſeruando indemnem qualiter præſtetur. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. nu. 10. 165

cautionibus ſuperfluis vtendum non eſt. in l. decem. ff. de verborum obligationib. num. 30. 166

cautio damni infecti an interponatur offic. iudic. in l. ſtipula. la 2. ff. de verbor. oblig. num. 2. 35

cautio de rato ſi extendat à iure ciuili, an poſſit dici ciuilis. ibi. nu. 7. 36

cautio, quæ interponitur ex forma ſtatutorum, an poſſit dici ciuilis, vel prætoria. ibid. num. 9. eod.

cautiones prætoriæ, & iudiciales, an ſint neceſſariæ. in l. iubere. ff. de iuriſdict. omn. iu. in princ. 75

cautum, vel ſatiſdatum, an & quando intelligatur. in l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. num. 1. 130

cautio non debet eſſe vitioſa, aliàs non dicetur cautio. ibidem.

cautio de ſoluendo iudica. an impediat ſenten. executio. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentio. ff. de re iud. in princ. 144

cautio geminata tollit exceptionem non nume. pecu. in l. & ſi poſt. ff. ſi quis caut. nume. 23. 153

cautio interponitur altero de tribus modis. in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. nu. 13. 110

cautio Mutiana non hẽt locũ in contractib. ſed bene in vlt. volunt. in l. quæ de leg. ff. de leg. j. nu. 22. fol. 88. & in d. l. ſiue apud. n. 15. & 16. 110

cautio Mutiana habet locum etiam in contractibus, quando in contractu facto ſub condi. negatiua deduceretur res non tranſitoria ad hæredem. ibid. num. 17. eod.

cautio Mutiana an habeat locum in dona. cau. mor. ibid. nu. 19. eod.

Cautio Mutiana habet locum non im modo, ſed in conditionibus negatiuis. ibid. num. 10. eod.

cautio fideiuſſoria de dote conſeruanda, vel reſtituenda, licèt regulariter non habeat locum, fallit tamen in caſu inopiæ mariti. ſolu. matr. l. ſi conſtante. num. 16. 36

cautio an conſiſtere poſſit ex cauſa aduetitia inter patrem, & filium in poteſtate. ſol. matr. l. ſi conſtante. num. 179. 43

catio ſi ſit præſtita per hæredem legatario, an ſit ſublata actio ex teſtamento, an verò ambæ durent. ſ. actio ex ſtipulatu, & actio ex teſtamento. de leg. 1. l. ſi domus. §. de euictione. nu. 5. 121

cautio verbum, intelligitur mediante ſtipulatione. l. cùm te proponas. nu. 6. C. de tranſact. 95

cautio de rato parum proficit iuranti. ff. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. procurator. num. 17. 90

cautio Mutiana vt locum habeat, an ſufficiat contrafacere de facto. l. vbi pactum. num. 28. C. de tranſact. 117

cautio preſtanda hæredi de ſoluendo alteri, an valeat de iure. de leg. 1. l. huiuſmodi. num. 17. 143

cautio, quam mulier tenetur præſtare marito, intelligitur de cautione nuda à fideiuſſione, vel pigno. ff ſol. mat. l. diuortio. §. interdũ. n. 8. 26

cautio de euictione, quam præſtat hæres legatario pro re legata, ad quid eſt vtilis, cùm etiam ſine cautione teneatur ipſe hæres. de lega. 1. l. ſi domus. § de euictione. nu. 8. 121

cautio quo iure à marito petatur. ff. ſolu. matr. nu. 34. 11

cautiones interpoſitæ à contrahentibus debent ſemper ſic intelligi, vt aliquid operentur, & ſint efficaces. ff. ſi cert. pet. l. ſi ego. nu. 5. 68

cautionem ſi fecerim mihi præſtari de non offendendo me ſub tanta pœna, licet quis me offendat extra territorium, tamen tenetur. l. extra territorium. num. 12. ff. de iuriſd. om. iud. 94

¶Cautela. Cautela contra ſtatutum diſpo. ꝙ nullæ exceptio. admittatur in criminalibus. in l. vbi pactum. C. de tranſact. nu. 15. 117

cautela, ꝙ non reſpon. poſitionibus non habeatur pro confeſſo. in l. cũ ſtipulatus ſim. in §. cum venderet ff. de verb. oblig. nu. 5. 159

¶Cauus. Cauus an fieri poſſit in via publica, vt duci poſſit aqua. in l. quominus. ff. de flumi. nu. 89. 189

cauus qui eſt latus flaminis ad aquam ducendam, an ſit publicus. ibidem. num. 87.

¶Cęcus. Cęcus qualiter poſſit facere teſtamentum. C. qui teſtam. facer. poſſ. l. hac conſultiſſima. num. 1. 90

cęcus ſi propter delictum fuerit excæcatus, an habeat locum iſta. l. quo ad teſtandum. vide ibid. nu. 9. 91

cæcus ſi vult facere codicillos, & non teſtamentum, qualiter fieri debeant. ibid. nu. 10. 11. & 12. eod.

cęcus licèt non poſſit teſtari niſi ſecundum formam huius legis, tamen poteſt donare inter viuos, & omnes alios contractus facere, ſicut quilibet alius. ibid. nu. 7. eod.

¶Cedula. Schedula communiter ſolet fieri inter præſentes. in l. Titia. §. idem reſpond. ff. de verb. oblig. num. 7. 217

cedula ſi reperiatur in arca patris ipſius manu ſcripta, quæ contineat diuiſionem bonorum, vel diſpoſitionem ad pias cauſas cum teſtib. vel ſine, i ſtandum erit. in Auth. ꝙ ſine. C. de teſt. nu. 1. & 2. 108

¶Cępi. Hoc verbũ denotat actum incohatum, ſed non perfectum. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ. nu. 6. 99

¶Cæterę. De hac dictione vide in l. poſſideri. §. ex cõtrario. ff. de acquirend. poſſeſ. num. 28. 79

¶Certi

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

¶ Certi condictio. Certi condictiones quot ſint. vide in l. certi condictio. ff ſi cert. pet. num. 12. 19
certi condictio ſpecialis ex ſtipulatione competit, quando ſtipulatio cõtinet certum, & quid ſit in ſtipulatione continente factum. ff. de reb. cred. l. certi condictio. num. 18. 20
certi condictio non competit pro re commodata, depoſita, vel pignorata. vide ibid. nu. 32. 21
certi condictio generalis ſi competat pro contractu emptionis, vel venditionis, vel alio contractu bonæ fidei, non tamen veniunt contractus, & intereſſe à tempore morę. ibid. nu. 27. eod.
certi condictio competit ad intereſſe. ff. de verbor. oblig. l. liber homo. §. decẽ mihi. n. 10 fol. 170. & in l. cùm quis. ff. ſi quis in ius voc. n. 2. 120
certi condictio eſt actio natiua, non datiua. ff. de reb. cred. l. certi condictio. num. 17. 20
certi condictio an competat ad intereſſe, quando intereſſe debetur, vel eſt in obligatione. ibid. nu. 36. 22
certi condictio vtilis an oriatur ex pacto appoſito iuxta traditionem. l. legem quan. num. 4. C. de pact. 76
certi condictio an concurrat cum actione de dolo, quando venit certum. de reb. cred. l. certi condictio. num. 33. 22
certi condictio in effectu competit ad incertum. ibid. nu. 19. 19
¶ Certus, & certificatus. Certus contractus quis dicatur, & quis incertus. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. nu. 6. eod.
certus an quis dicatur ex vehementi opinione. in l. qui hæreditatem. ff. de acq. hær. n. 2. cum ſeq. fol. 83. & in l. ſi poſthumus. §. ſi quis. ff. de lib. & poſth. nu. 3. fol. 184. & in l. certum eſt. ff. de reb. cred. nu. 5. 18
certum dicitur, quod apparet in quiditate, qualitase, & quantitate per ſe, vel per relationem ad aliud. in l. certum eſt. ff. ſi cert. pet. nu. j. cum ſeq. fol. 18. & in vbi autem. §. illud. ff. de verb. oblig. num. 1. 121
certificatus ab homine fide digno dicitur pro certo ſcire. in l. certum eſt. ff. de reb. cred. nu. 8. fol. 18. & in l. 1. ff. de eo per quem factum erit. numero 19. 144
¶ Ceſſare quid ſignificet. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verb. obl. n. 24. 185
cauſa ceſſante ceſſat effectus. in l. ſciendum. §. ſi fundum. ff. qui ſatiſda. cog. numero. 4. 141
¶ Ceſſio. Ceſſionis, & excuſſionis beneficium an perdat fideiuſſor, qui negat ſe fideiuſſorem. vide in l. 1. C. de tranſact. nu. 11. 94
ceſſione bonorum facta, an poterit creditor de facto apprehendere poſſ. bonorum debitoris. in l. ſi pacto. C. de pact. nu. 12. 79
ceſſio iurium facta ob certam cauſam, cauſa non ſequuta poteſt reuocari. in l. debitorum. C. de pact. nu. 9. 85
ceſſio actionum an & quando valeat, & quę requirantur. in l. 1. C. ne lic. pot. in ſi. ver. & dum iſta glo. fol. 133. & in l. in depoſiti. ff. de re iudic. num. 8. verſi. nam reſponde. 155
ceſſione facta duobus diuerſis temporibus, quis eorum præferatur. in l. quoties. C. de rei vend. nu. 2. 181
ceſſio actionis de dote, quæ datur mulieri conſtan. matrim. propter inopiam viri, an fieri poſſit. in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. nu. 231. 45
ceſſibile eſt quicquid eſt tranſmiſſibile. ibid. nu. 233. eod.
ceſſionarius dr̃ creditor. l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita. de leg. 1. nu. 5. 133
ceſſio actionis, quæ non eſt, fieri non põt. in l. ſi res obligata. de legat. 1. num. 46. 111
ceſſionis exceptio poteſt opponi poſt ſententiam. ibid. nu. 45.
ceſſerit verbum adaptatur etiam traditioni rei corporalis, licèt regulariter ceſſio ſit iurium corporalium. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. per procuratorem. nu. 7. fol. 69. & §. ſi vir vxori. num. 4. 59
ceſſionarius an poſſit intentare actionem ceſſam contra cedentem. l. creditori. nu. 3. de no. oper. nunc. 35
ceſſio bonorum, ex quo corpus debet torqueri, non habet locum vbi imponitur pęna pecuniaria. l. ſi quis id quod. nu. 27. de iuriſd. omn. iud. & an & quando habeat locum. vide ibid. nu. 28. 83
ceſſio actionum an poſſit fieri ex interuallo poſt ſolutionem factam, cũ per ſolutionem eius, quod debetur, tollatur omnis obligatio. de leg. 1. l. ſi res obligata nu. 44. 111
ceſſionarius, cui ceduntur vtiles actiones, poteſt etiam exercere, & intentare directas. l. 1. nu. 8. C. de tranſact. 94
ceſſionarius an ſtatim poſſit agere non expectata altera die. vide. ff. de verb. oblig. l. in illa ſtipulatione. nu. 6. 42
ceſſio iurium idem operatur in incorporalibus, quod operatur traditio in rebus corporalibus. l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita. de legat. 1. num. 8. fol. 133. & in l. 1. §. ſi vir. ff. de acq. poſſ. nu. 5. 59
ceſſionario ex contractu acquiritur ius vtilium actionũ ex ceſſione in eum facta. l. ſi pecunia. de leg. 1. num. 5. 134
ceſſionem poteſt petere poſſeſſor tantum, exceptis fideiuſſore, & legatario. ibid. nu. 40. 41. & 42. eod.
ceſſio alternatiuæ obligationis mortuo ſtipulatore poteſt fieri in quẽcunque ſucceſſorem etiam ſingularem, ſed viuo ſtipulatore fieri non poteſt, nec obligatio iſta tranſire in ſucceſſorem ſingularem. l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita. ff. de leg. 1. num. 1. 133
Si ſtatutum diſponat, quòd debitor ad inſtantiam creditoris debeat perſonaliter capi, quòd ſimiliter debeat capi ad inſtantiam ceſſionarij, ibid. num. 5. fol. eod. & in l. 3. ff. de acq. poſſ. nu. 17. 71
Si ſtatutum diſponat, ꝙ frater non poſſit facere capi fratrem pro debito, & frater cederet iura ſua alteri, ꝙ iſte ceſſionarius non poſſit facere capi illum fratrẽ debitorẽ. in l. ſi ſic legatũ. ff. de leg. 1, nu. 6. 133
Si ſtatutum dicat, ꝙ frater cõtra fratrem poſſit petere compromiſſum, & frater cederet iura alteri, ꝙ ille ceſſionarius non poſſit petere cõpromiſſum, & quare. vide ibid. eo. nu. & fol.
Si ſtatutum diſponat, ꝙ creditor poſſit facere capi debitorem ſine citatione, tamen ceſſionarius non poſſet ſine citatione, vt ibid. nu. 7. eod.
Ceſſio rei immobilis facta per minorem ſine decreto iudicis non valet. d. l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita. ff. de leg. 1. nu. 10. eod.
Ceſſus debitor quòd poſſit adhuc conueniri à creditore cedente, non obſtante ceſſione, nec poteſt debitor ſibi opponere exceptionem ceſſionis, niſi in tribus caſibus, & quibus, ſed in vlti. volunt. poteſt opponere etiam extra illos tres caſus aduerſus hæredem habentem directas actiones. l. ſi pecunia. ff. de leg. 1. nu. 1. 134
Cedens actionem vni contra vnum debitorem, non poteſt eum alteri cedere contra eundem debitorem. Sicut vnum dominium in alterũ translatum nõ poteſt in aliũ transferri. ff. de leg. 1. l. nõ quocunque. §. qui Caium. num. 5. 141
cedens actionem poteſt in directa, quæ apud eum remanſit, conſtituere procuratorem ſimplicem, vel in rem ſuam, ſicut potuiſſet cedẽs agere directa non obſtante ceſſione quam fecit, niſi cedens poſuerit ceſſionarium in locum ſuum. vide ibid. nu. 9. eod.
cedens poteſt conſtituere plures procuratores non ſolùm vnum in rem rem ſuam, & tunc erit melior conditio occupantis. ibi. nu. 6. eod.
cedens ſi poneret ceſſionarium in locum ſuum, non poſſet poſteà agere contra debitorem. ff. de pact. l. ſi cum emptore. nu. 9. 11. 12. 15. & 16. vide vltra. nu. 17. 189
cedens gñaliter oĩa iura, quę habet contra quoſcunque debitores nullo ſpecificato, an valeat. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. nu. 7. 150
cedens poteſt denunciare debitori ne ſoluat ceſſionario. ff. de pact. l. ſi cum emptore. nu. 10. 188
cedens actionem competen. & competituram, quid hæc verba ſignificent. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 62. 192
cedens actionem potentiori, vel faciens eum proc. in rem ſuam, an perdat. in l. 2. C. ne lic. poten. num. 1. 133
cedi an poſſit ius primogenituræ. in l. is põt. ff. de acq. hęr. n. 31. cũ ſeq. 80
cedi an poſſit ſpes actio. de dote. ibi. eod.
cedi an poſſit reſti. in integr. vide ibid.
cedi an poſſit priuilegium fiſci. ibid.
cedi an poſſit ius futu. alimentorum, vide ibid.
cedi poteſt directa, & vtilis rei vend. ibid. num. 1.
cedi poteſt ſpes actionis intellect. ſed durante officio intentari non poteſt. in l. ſi ſe non obtulit. ff. de re iud. nu. 27. 144
cedi an & quando poſſint directæ actiones. in l. quominus. ff. de flumin. nu. 178. fol. 193. & in l. quocunque. §. qui Caium. ff. de lega. 1. nu. 10. fol. 141. & in l. 1. C. de tranſact. nu. 6. 94
cedere vtiles actiones non ſolũ poteſt ille, qui habet directas, ſed etiam ille, qui habet ſolùm vtiles. l. 1. §. de illo. ad Senatuſc. Treb. n. 10. 200
cedi poſſunt actiones actiuæ: in paſſiuis autem non poſſumus nos liberare transferendo in alium. vt ibid. in 1. lect. nu. 11. eod.
ceſſione facta alicui, tunc exceptio, quę obſtat cedenti, non obſtat ceſſionario, qñ eſt diuerſa ratio. l. ſi res obligata. de leg. 1. nu. 47. 111
ceſſione facta per hæredem contra vnum ex reis debendi facto ſuo hĩs liberat alium. l. non quocunque. §. qui Caium. de leg. 1. nu. 14. 141
ceſſione facta alicui contra vnum debitorem non poterit poſteà ille, qui ceſſit alteri, agere contra eundem debitorem, & ſi talis debitor ceſſus erat vnus ex pluribus reis debendi, non poterit fieri ceſſio contra alios. ibid. num. 5. eod.
ceſſio licèt in aliquibus caſibus non fiat, quod tamen tranſeant actiones. l. 1. in j. lect. ad Senatuſcon. Treb. nu. 3. fol. 192
caſus, in quibus actiones tranſeunt ipſo iure ſine ceſſione. ibi. nu. 7. 193
De ceſſione legatornm in verbo legat. in rubr. de ceſſion. quæ pro leg.
¶ Cæteris. Hæc dictio an ſit repetitiua ſimilium. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr. nu. 9. fol. 46. & in l. non impoſſibile. ff. de pact. nu. 6. 209
cæteri, eſt dictio vniuerſalis. in l. Titius. numero 1. ff. de liberis, & poſthumis. 193
¶ Circuitus quare euitetur. in l. dominus. ff. de condi. indeb. num. 3. fol. 200. & in l. ſi quis mihi. ff. de acq. hær. nu. 3. 90
circuitus in fideicom. an ſit vtilis. in l. 1. ff. de leg. 1. nu. 56. 6
circuitus circa libertatem ſerui reſpectu hæredis, in quo caſu erit vtilis. ibidem num. 60. eodem
¶ Citatio facta à iudice propriè habet vim trinæ citationis. idem, & ſi nuncio in præſentia iudicis. l. ſi procurator pręſentis. ff. de verb. oblig. nu. 3. fol. 127. & in l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acq. poſſ. nu. 3. 69
citari an debeat in cauſa principali, qui appellauit ab interlocutoria. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verb. oblig. nu. 21. cum ſeq. 185
Citatus comparens non debet recedere ſine licentia iudicis antequam faciat notare in actis. in l. qui ante calendas. ff. de verb. oblig. nu. 5. 45
citatus ad audiendam ſnĩam, an ſit expectandus vſque ad fin. diei. in l. liber

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

liber homo.§.decem hodie.ff.de verb.oblig.nu.6. 169
Citatio generalis quando ſufficiat.in l.decem.ff.de verb.obli.n.43. 167
citatio legatariorum non requiritur, quando pronunciatur teſta. in officioſum.ibid.nu.40. eod.
citari non debent illi, de quorum præiudicio principaliter non agitur, ibid.num.38. 166
citatio fideiuſſorum, vel poſſeſſorum bonorum an requiratur in executione bonorum principalis, & in pronunciatione, & an ſufficiat generalis.ibid.nu.37. eod.
citatio regulariter fit in omni executione. in l. à diuo Pio.§. in vēditione.ff.de re iud.nu.9. 163
citatus, & ſponte comparens ad audiendam ſententiam an iudicētur ad imparia,& ſententia valeat.in l.furioſo.ff.de re iud.nu.10. 154
citatio cū inſertione reſcripti delegatorij habet vim libelli, in l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.nu.3.& 4. 117
citatio inualida an interrumpat præſcriptionem.in rub.ff.de in ius voc. num.6.cum ſeq. 108
citationum ſpecies quot ſint.in l.2.ff.de iur.omn.iud.nu.1. 68
citatus licèt dicat, nolo comparere, tamen expectandus eſt in tota illa citatione, cùm propoſitum mutare poſſit.in l.ſi ex toto.§.ſi ita legatum.ff.de leg.1.nu.32. 27
citatio ſola inducit prēuentionē,& prēoccupationē iuriſd.in l.ſi plurib. ff.de leg.1.nu.24.fol.60.& in l.ſi domus.§.in pecunia.eo.tit.n.7. 123
citari non debet amplius etiā ad ſententiā, q malitioſè procurat,ne ad eū pueniat citatio,in l.ſi ſeruus pluriū.§.ſi qs ante.ff.de leg.1.n.8. 95
citatio an tolli poſſit per Papam in ſententia de plenitudine poteſtatis, & an poterit ſupplere defectum citationis in ſententia contra non citatum.vide in l.Gallus.in 1.lect.nu. 18.fol.199. & in l. certum eſt. C.vnde legi.n.19.fol.43.& in §.& quid ſi tantū.l.Gallus.n.143. 215
citatio nō requritur in priuilegio cōcedēdo.in d.§.& qd ſi tm̄.n.141. eo.
citatio eſt neceſſ.vbi requritur cauſæ cognitio.in l.1.C.de iud.n.16. 142
citatio peremptoria non ſufficit,vbi ſtatutum requirit, q̄ in maleficijs reus debeat ter citari.in l.ſi certis annis.C.de pact.nu.5. 87
citationis commiſſio an requirat ſcripturam. in l. cùm proponas filios. C.de pact.nu.5. 80
citatio requiritur in omni actu, quem facit iudex, quando ex eo pars poteſt lædi.in l.ſancimus.C.de iud.nu.10. 156
citari an poſſint iudices inferiores mediantibus nuncijs publicis, vel per edicta publ.poſita.in albo prętoris.ibid.nu.23. 157
citatio quos effectus producat,in rub.C.de in ius voc.nu.1. 69
citatio an ſit neceſſaria, ſi pars ſit preſens in iudicio,& an preſumatur citata,vide ibid.nu.4.cum ſeq. eod.
Filius in quibus caſibus poſſit patrem vocare in ius ſine venia. in l. qui in poteſtate.C.de in ius voc.nu.1.& 2. 70
citatio prima non debet committi per iudicem,non viſa prius petitione actoris.in rub.C.de in ius voc.nu.7. 69
citatio an & quando poſſit incipere à procuratore. in l. eum, qui res.C. de proc.num.1. 123
citatus pro quacunque cauſa tenetur comparere,aliàs vt cōtumax mulctabitur.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.l.ex quacunque.nu.1. 117
citatio ad audiendam ſententiā tali die,ante nonā, qualiter intelligatur. ff.de vſuc.l.ſi is,qui pro emptore.nu.11. 118
citatio omnis iudicis dicitur ſententia interlocutoria. l. nec quicquam. nu.21.ff.de offi.procon.& lega. 46
citatio ſola an ſufficiat ad hoc, vt actio ex delictis efficiat trāſitoria ad hęredes.ff.de eo per quem fac.erit.l.ex hoc edicto. nu.13. fol. 146.& in l.ſi eum.§.qui in iuriarum.ff.ſi quis cau.nu.6. 155
citatio an probetur per ſententiam facientem mentionem de citatione. ff.de re iud.l.ſi ſe non obtulit.§.condemnatum.nu.6.fol. 146
citatio ſine termino an valeat. ff. de verb. oblig. l.liber homo.§. decem. num.7. 169
citatio ſine termino ſecundū Canoniſtas valet,& tenetur citatus compa rere quam primum poteſt cum aliquo tpis temperamento. ibid.eod.
citatio dicitur de proceſſu.ff.de in ius voc. ſuper rub.nu. 2.fol.108.& in rub.C.eod.num.3. 69
citatio an ſit neceſſaria,qñ iudex vult taxare damna illius, qui paſſus eſt violentiam,& quando vult pronunciare.C.vnde vi.l.1.nu.22. 221
citatio an ſit neceſſaria,quando iudex vult ferre ſententiam abſolutoriā ab obſeruatione iudicij,ſicut quando peruenitur ad ſententiam diffinitiuam.C.de iud.l.properandum.§.& ſi quidem.nu.11. 150
citatio obſcura perſonæ ratione equiuocationis in nomine, non arctat citatum ad comparendum.l.1.nu.3.de lib.& poſth. 161
citatio eſt de iure naturali.C.vnde legiti.l.certum eſt.nu.17. 43
citatio vel partis preſentia in omnibus caſibus in quibus requiritur, poteſt ſemper procedi abſque citatione, ſi periculum ſit de fuga. ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum nu.10. 132
citatio inualida nihil operatur.C.de proc.l.licèt.nu.6. 132
citatio non poteſt fieri ſine commiſſione iudicis,in rub.C.de in ius voc. nu.7.fol.69.& in rub.C.de eden.nu.5. 58
citatio eſt primum prēparatorium iudiciorum.ibid.nu.4. eod.
citatio alterius partis an ſit neceſſaria in taxatione expenſarum. C. de iud.Auth.poſt iuſiuran.num. 2.fol. 157.& in l. nec quicquam. ff.de offi.procon.& leg.nu.46. 47
Citatio nedum verbalis,ſed etiam realis,& ſic captura perſonę eſt permiſſa.ff.de in ius voc.l.plerique.nu.33. 114
citatio partis cum termini congrui aſſignatione an requiratur in executione ſententiæ.ff.de re iud.l.à diuo Pio.§. in venditione. num.9.fol. 163.& in l.1.C.de iud.nu.16. 142
citatio verbalis ſemper poteſt ad domum fieri,etiam ſi ianua ſit clauſa. ff. de in ius voc.l.plerique.nu.1.cum ſeq. 113
citatio realis dicitur, quando iudex facit partem inuitam per perſonam trahi ad iudicium.l.cui iuriſdictio.nu.1.ff.de iur.omn.iud. 68
citatio ſola nuncij quamuis interrumpat præſcriptionē, tamen ſola denunciatio extraiudicialis facta per partem parti, non interrūpit præſcriptionem.de eo,per quem fac.erit.l.ex hoc edicto.n.4.7.& 9. 145
citatio noua requiritur ad mulctam imponendam. l.prima.ff. ſi quis ius dicen.non obtemp.nu.30. 103
citatio an requiratur in legitimatione eorum, præſertim quorum intereſt.ff.de lib.& poſth.l.Gallus.§.& quid ſit tantum.nu.133. 214
citatio nulla reconualidatur per comparitionem ſpontaneam. ff. de fer. l.1.nu.2.fol.158.& in l.qui Romæ.ff.de verb. obli.nu.10.verſ. ſed tu aduerte. 173
citatio primi iudicis non requiritur, qñ diſputat de validitate proceſſus agitati corā alio iudice.l.nec quicq.n.47.ff.de offi.procon.& leg. 47
citatio illius nunquam requiritur, quo etiam præſente, & inuito poſſet actus expediri.l.nec quicquam.nu.31.ff.de offi.procon. & leg.fol.47. & in l.ſi quando.C.vnde vi.nu.24.fol. 221
citari ſi facio aliquem,an propter hoc cēſeatur habilitatus,vt poſſit ſtare in iudicio.C.de edic.diui Adr.tol.l.edicto.nu. 24. fol.175.& in l. de pupillo.§.ſeruo.ff.de nou.ope.nunc.nu.4. 17
citatus elapſo tempore ſibi præiudicat,quando aduerſarius habebat ius, ſecus ſi nullum habebat.d.l.edicto.nu.25. eod.
citari non debet ille, de cuius præiudicio principaliter nō agitur in ſentētia diffinitiua,ſiue interlocutoria.l.nec quicquam.§. vbi decretum. nu.32.& 36.ff.de offi.procon.& leg.fol.47. & in l. decem.ff.de verb. oblig.nu.38.fol.166.& in l.reſcriptum.ff. de pact.nu.5. 188
citari ſi illi debeant,in quorum detrimentum fit actus, ex forma ſtatuti intelligitur directè,& principaliter, & non ſecundariò.ff.de reb.cred. l.ſi quis nec cauſam.nu.7. 13
citandus an ſit ſubſtitutus,quando agitatur iudicium contra hæredem, qui habet ſubſtitutum.ff.de verb.oblig.l.decem ſtipulatus.n.38. 167
citatus coram iudice incompetenti, ſi non comparet,poteſt mulctari.ff. ſi quis in ius voc.non ierit.l.ex quacunque cauſa.nu.13. 118
citatus facta relatione nuncij, quamuis non cōpareat, non propter hoc habetur pro contumace,niſi altera pars cōpareat,& expreſsè cōtumaciam eius accuſet.C.de iud.l.properandū §.& ſi quidem.nu.7. 149
citatus ſi quis fuerit pro cauſa criminali, ne incarceretur, debet dare indeiuſtorē de ſe præſentando.ff.de ferijs.l.more Romano.n.10. 160
citatus reus,q̄ compareat intra nouem dies, quorū tres aſſignantur pro primo termino,tres pro ſecundo,& tres pro tertio,reus comparuit in primo,& ſecundo termino,actor non, poſteà comparuit in termino, reus non,quæritur quis debeat iudicari contumax. ff.de verb.oblig.l. qui ante calendas.nu.4. 45
citatus ſi qs fuerit non ritè,vel indebitè captus, quo caſu clarum eſt, q̄ eximens non tenet quo ad partē,an ſaltē poſſit mulctari à iudice,cuius maieſtatē contēnit.ff.ne qs cū,q in ius vocatus.l.q̄ ptor.n.11.123
citatus ad iudicium ſi pro ſua excuſatione probat, q̄ erat tempeſtas, ita q̄ tali tempore non potuit nauigare, an hoc ſufficiat,& etiam ſi non probet, q̄ tali tempore receſſit de domo ſua, & ad flumen peruenit. ff.ſi quis cau.l.non exigimus.§.quod diximus.nu.4. 149
citatus comparens coram iudice ordinario,vel delegato, ſi non intendit procedere coram eo, quid facere,aut qualiter proteſtari debeat.ff. de nou.ope.nun.l.non ſolùm.§.morte eius.nu.46. 34
citatum quando plures exemerunt vno ſoluente, alij non liberantur.ff. ne quis eum,qui in ius.l.1.§.hoc iudicium.nu.2. 124
citatus pro die feriata, ſi non comparuit,excuſatur à pœna contumacię. ff.ſi quis in ius voc.l.ex quacunque cauſa.nu.14. 118
citatus licèt ſit impeditus comparere abſque culpa ſua, tamen cenſetur contumax.ff. ſi quis cautio.l. non exigimus.§. ſi quis municipalis.nu. 1.fol.148.& in l.ſancimus.C.de iud.nu.1. 156
citatus non tenetur comparere, quando certum eſt ipſum non eſſe de iuriſd.citantis.ff.ſi quis in ius voc.l.ex quacunque cauſa.nu.31. 118
citatus non tenetur comparere,ſi duo ſunt, vel tres iudices delegati, & vnus ſolus citaret, niſi inferat cauſa, pp quam appareat illū inſolidū habere exercitiū iuriſd ff.ſi qs in ius voc.l.ex quacunque cā.n.32. eo.
citatus ſi habeat duas vias,vnam per montes, quæ eſt breuior,aliam per planiciem,quæ eſt longior,quam capiet.ff.ſi quis cautio.l.1.n.7.147
citatus a delegato,an debeat comparere.ff.ſi quis in ius voc.l.ex quacunque.num.2. 117
citatus vt compareat die feriato, debet exprimi cauſa in citatorio. C.de proc.l.fin.nu.5. 133
citatus vt compareat perſonaliter, an poſſit mittere procuratorē habilē cum

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

eum speciali mandato. C. de proc. l. fin. nu. 3. eod.
Citatus vt compareat ad præstandum consensum in contractu secundũ formam statuti requirentis consensum consanguineorum, vel propinquorum, debet comparere personaliter. C. de proc. l. fin. nu. 6. eod.
citatus si propter aliquam paruam tempestatem maris timuit comparere, excusatur à vera contumacia, & mulcta. ff. si quis ius dic. l. 1. §. hoc iudicium. nu. 28. 108
citatus semel, si dixit nolo venire, non est amplius citandus. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. nu. 10. 173
citatus debet comparere, quando citatus est coram iudice, & dubium est, an sit iudex vel non. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. ex quacunque causa. nu. 37. 119
citatus ad vnum tribunal, excusatur, si compareat coram alio. ff. si quis cautio. l. non exigimus. §. si quis municipalis. nu. 3. 148
citatus an sit personaliter ille, cuius dolo factum fuit, ne personaliter citaretur. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtẽp. §. hoc iudicium. nu. 34. 108
¶Ciuitas an veniat appel. personæ. in l. si quis maior. C. de trãs. n. 10. 118
ciuitas pro pace habenda potest res priuatorum donare, in l. venia. C. de in ius voc. nu. fin. fol. 70. & in l. conuentionum. ff. de pact. nu. 9. 177
ciuitas non libera non potest facere ligas sine licẽtia superioris. in l. debitorum. C. de pact. nu. 6. 85
ciuitas, & Ecclesia in quib. casib. æquiparantur. in l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. Eccles. num. 2. fol. 29. & in Auth. quas act. eod. tit. nu. 16. & 19. fol. 32. & l. si domus. §. si fundus. ff. de leg. 1. nu. 36. 126
ciuitas contra quos, & quibus casibus non gaudet præscriptione centũ anno. in l. vt inter diuinum. nu. 20. C. de sacrosan. Eccles. 30
ciuitates vicinæ quæ dicantur, in l. talis. C. de his quib. vt indig. n. 2. 180
ciuitas in communi vsu loquendi quæ sit, & quid apud Gallos. in l. si hẽ res. §. vicis. ff. de leg. 1. nu. 4. & 6. 127
ciuitas quibus priuilegijs gaudet. ibid. uu. 2. 126
ciuitas non potest facere statutum, quod liget vnum quarterium ciuitatis tantum. ff. de legibus. l. prima nu. 2. 20
ciuitas Perusij non subijcitur Ecclesiæ, nec Imperatori, & habet fiscum. ff. de acq. poss. l. rem, quæ nobis. nu. 34. 114
ciuitas quælibet an possit sibi Regem, vel Principem eligere. ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure. nu. 4. 9
ciuitas quælibet an possit aliquem in perpetuum eligere rectorem sub nomine capitanei. ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure. nu. 5. 9
ciuitas potest propter bonũ priuatum statuere, ꝙ si banniti ciuitatis nõ seruauerint certos confines, incidant singuli in pœnã mille ducatorum, & ꝙ dicta pœna committatur, & exequatur non solùm contra bannitos, sed etiam contra eorum coniunctos per lineam masculinam vsque ad quartum gradum. l. Barbarius. nu. 29. ff. de off. præt. 42
ciuitates quando vniuntur, an ciuitas vnita debeat regi proprijs statutis, an illius cui adiungitur. l. si eadem. nu. 3. ff. de off. assess. 62
ciuitas vnita an debeat supportare debita ciuitatis, cui adiuncta est. l. si eadem. nu. 4. ff. de off. assess. eod.
ciuitas aliqua si vult facere fossata per agrum alienum, debet ei soluere pretium. l. Barbarius. nu. 38. ff. de off. præto. 43
ciuitas aliqua si tenetur mittere exercitum principi quando facit bellum, si stetit per centum annos, ꝙ non fecit bellum, quia non fuit necessarium, per hoc non liberatur. l. falsò. nu. 2. C. de diuer. resc. 57
ciuitas, ꝙ non teneatur, vel puniri non possit ex delicto commisso per homines ciuitatis, nisi præcesserit cõsilium, debet intelligi in delicto momentaneo, sicut facere homicidium, secus si delictũ haberet causam successiuam, vel continuam, vt est rebellio, vel guerra. si cer. pet. l. ciuitas. num. 2. & 4. 48
ciuitas potest se obligare de tractando aliquem vt ciuem, licèt per hoc non efficiatur ciuis. ff. de verb. oblig. l. quidam cùm filium. nu. 8. 208
ciuitas, quæ promisit fœneratorem tractare vt ciuem, non facit contra pacta statuendo specialiter contra eum, quod non possit conuenire debitores suos vsque ad triennium. ff. de verb. oblig. l. quidam cùm filium. num. 34. 210
ciuitas sicut comparatur minori, vt si sit læsa restituatur in integrũ sicut & minor, ita quælibet villa, & quodlibet castrum. de leg. 1. l. si hẽs. §. vicis. nu. 3. fol. 126. & in l. vt inter diuinũ. C. de factos. Eccles. n. 16. 30
ciuitas honoratur dignitatibus, quibus nec vicus, nec villa. Et dignitas Episcopalis an faciat ciuitatem. in d. §. vicis. de leg. 1. nu. 4. 126
ciuitas q̃libet, & vniuersitas quælibet est capax hẽreditatis, item est capax legati, & cuiuslibet tituli particularis. C. de hær. inst. l. hẽreditatis. 123
ciuitas quæ creauit syndicum, an possit ei dare potestatẽ, vt possit vnã, vel duas personas, vel tres obligare in singulari, eis nõ consentientib. ff. si cert. pet. l. ciuitas. nu. 8. & 10. 48
ciuitas quando eligit aliquem in Potestatem, an teneatur præcisè ad factum. l. si prius. nu. 56. ff. de nou. ope. nun. 42
ciuitas vendicat ciuem suum sicut pater filium. ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. nu. 26. 198
Gabella non soluitur de contractu inualido. ff. de acq. poss. l. possideri. §. Nerua filius, nu. 7. 74

Gabella si debeat solui ex forma statuti de contractu venditionis non soluetur de contractu promissionis. ff. de eo, quod certo loco. l. in bonæ fidei, num. 5. 217

Gabella non debet solui pro solutione etiam stante statuto, q̃ de quolibet contractu soluatur gabella. ff. de pact. l. ab emptione. nu. 17. 212

Gabella debetur de contractu totaliter refecto. ff. de iust. & iur. l. ius ciuile, num. 19. 13

Gabella an debeat solui pro hæreditate, vel pro relictis in vlt. volum. C. de edi. diui Adri. tol. l. edicto. nu. 3. 173

Gabellas à potestatibus ementes, & soluentes singulis annis, an dicantur emere, vel locare. ff. de præscrip. verb. l. insulam. nu. 5. 228

¶ Gades an sit portus patria, vel insula, & vnde dicatur, in l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. ff. de leg. 1. nu. 2. 39.

¶ Guardianus fratrum minorum, & priores mendicãtium dicuntur habere dignitatem, & delegati à sede apostolica esse possunt. in rub. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. nu. 10. 52

¶ Geminatio actus plus operatur quàm simplex. in l. quæ dotis. ff. solu. matr. num. 37. 48

geminatio licet multum operetur, recipit tamen restrictionem congruam, in l. is, qui. ff. de acq. hær. nu. 37. 74

geminatio horum, si potest & debet, importat necessitatem. in l. Gallus. ff. de lib. & posth. nu. 27. 200

geminatus actus vbicunque requiritur ad inducendum consuetudinem requiritur, q̃ diuerso tempore sit factus. in l. si certis annis. C. de pact. nu. 5. fol. 88. & in l. si quis in conscribendo eod. tit. nu. 24. vel nu. 25. vbi reperies de confessione, & nu. 1. de hoc verbo fuse. 90

geminatio multum operatur, & declarat enixam voluntatem. l. cunctos populos. nu. 21. C. de summ. Trin. in lect. Papi. fol. 7. & in l. si quis in conscri. C. de pact. nu. 23. 90

geminatio eiusdem actus nihil operatur vltra primum. ff. de verb. oblig. l. qui bis idem, nu. 5. 49

geminatio ostendit enixam voluntatem testatoris. de leg. 1. l. cum filiofam. num. 65. 33

geminatum verbum non auget sensum de liberis, & posthum. l. nominatim. nnm. 8. 162

Reliqua de geminatione actus in verbo Actus.

De geminatione confessionis in verbo Confessio.

¶ Generalitas, circa dispositiones generales; vide quæ supra posuimus in verbo Dispositio.

generalitas qualiter restringi possit, in l. si de certa re. C. de trãs. n. 2. 112

generalis clausula, vide sua. in verbo Clausula.

generalis prouisio quo ad omnes idem operatur, quod specialis circa specificata, in l. fideiussor. ff. de leg. 1. nu. 9. 93

generalis repetitio confirmatoria continet etiam legata inutilia, non sit in generali proroga. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. nu. 15. 49

generalia verba in dubio debent referri ad vtilia, & non ad inutilia. ibidem num. 12. eod.

generalis renuntiatio infra in verbo Renuntiatio.

gñalis confirmatio nõ porrigitur ad id q̃ specialiter est cassatũ in l. doli clausula. ff. de verb. ob. n. 2. fol. 170. & reliqua. s. in verbo Cõfirmatio.

generalis si est sermo, iudicatur in eo insertus ordo iuris. in l. qui Romę. §. Scia. ff. de verb. oblig. nu. 9. 184

generalitas non est ita restringenda vt captio insurgat, & inutilitas. de leg. 1. l. legato generaliter. nu. 15. 71

generalitas cuiuslibet legis debet attendi in generalibus singulorũ non autem in singulis. l. non dubium nu. 36. C. de legi. 37

¶ Gener non est ita subditus socero in reuerentia, sicut est nurus patri mariti. l. sicut autem nu. 3. ff. de re iud. 170

¶ Genitiuus, non semper importat proprietatem, & dominium, de re iudi, ait prætos, nu. 2. 148

genitiuus coniunctus cum dictione ex, significat originem. ff. de nou. ope. nun. super rub. nu. 5. 2

genitiuus habet piuersas significationes, propriè tamen significat dominium. ibid. nu. 4. eod.

genitiuus quando importat tempus significat perfectionem, in l. si cui legetur. ff. de leg. 1. nu. 1. 91

¶ Genus, vel quantitas perire non potest, in l. 1. C. de iure emphy. num. 83. fol. 194. & in l. huiusmodi. §. si cui homo. ff. de leg. 1. nu. 1. 144

Genere remoto remouetur, & quælibet eius species, in l. filius à patre. ff. de lib. & posth. nu. 10. fol. 196. & in l. si causa. C. de transa. num. 16. fol. 113. & in l. sciendum. de leg. 1. nu. 3. 9

Genus prædicatur de suis specieb. q̃ sunt partes subiectiuæ. in rub. ff. de leg 1. n. 2. & quæ dicatur pars subiectiua seu prædicamentalis, n. 6. 2

Genus necessario ponitur posita specie. ibid. nu. eod. eo.

Genus cum sit in abstracto non est qualificabile, in l. si à substituto. §. hæres. ff. de leg. 1. nu. 2. 86

Genus q̃n non potest verificari nisi in vna specie habetur pro specie, in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. nu. 7. fol. 203. & non inducit incertitudinem, vt in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verb. obl. n. 11. 184

Generi per speciem derogatur. de leg. 1. l. si quis testamento. §. apud Iul. nu. 7. 8. & 9. fol. 135. & in l. q̃ in rerum. eo. tit. in §. si quis post. n. 6. fol. 52. & in l. si tibi homo. §. si testamento eo. tit. nu. 16. fol. 155. & in l. cũ filiosam. eo. tit. nu. 55. fol. 32. & in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. nu. 7. 180

genera non possidentur ergo ibi non cadit actio in rem. l. edita. ver. ratio quia Genera. C. de eden. nu. 11. 63

Genus vel nomen appellatiuum quotiescunque præcedit ad plures personas, & subijcitur relatiuum quos, istud relatiuum quos, ita stat distributiuè sicut dictio quisquis. de vulg. & pupil. l. si pater, nu. 9. 117

Genus apud legistas sumitur pro specie. ff. de acq. poss. l. possideri. §. Genera. num. 8. 86

Genus idem debet operari in suo genere, q̃ species in sua specie. de leg. 1. l. si fideiussor. nu. 9. fol. 93. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. nu. 13. 197

De legato generis vide in verbo legatum, in rub. de reb. simpliciter, vel in genere legatis.

De debitore generis in verbo Debitor.

¶ Gerere & gestum à falso procuratore potest dominus ratificare. ff. de cond. cau. dat. l. si procuratori falso. nu. 1. 162

Geri communiter dicitur, quod à pluribus promiscue geritur. l. 1. num. 16. C de transact. 94

Gesta per prælatos intrusos quorum electio fuit nulla nihil valent. ff. de iureiur. l. iusiurandum. §. pupillus. nu. 13. 89

Gestum à falso procuratore, an dominus possit habere ratũ siue ad suũ commodum siue ad damnum. C. de proc. l. licet. nu. 10. 132

Gesta per falsum procuratorem in audictia principis per ratihabitionẽ domini non reconualescunt. ff. de cond. cau. dat. l. si procuratori falso, n. 7. 163. & in l. si quis iniquũ. §. si proc. ff. quod quisq; iur. n. 10. 98

Gesta per procuratorem Cæsaris dummodo eius commodum respiciãt valent. l. quæ acta. nu. 1. ff. de offi. proc. Cæsa. 49

Gesta à prælato non confirmato per superiorẽm non valent. l. Barbarius. nu. 50. ff. de offi. præto. 43

Gabella ab aliquo qui primo non habuit titulum non valent. l. Barbarius, nu. 52. ff. de offic. præto. 44

Gesta à quibusdam auditoribus domini legati si non apparet de legatione, an valeant. l. Barbarius. nu. 53. ff. de offi. præto. eo.

Gesta per Barbarium, an valuerint. l. Barbarius. nu. 1. ff. de offi. præto. 41

Gerere se pro hærede q̃n dicatur filius in ver. & filius, in ver. hæres.

¶ Gerundium importat necessitatem licet non semper. in rub. ff. de lib. & posth. num. 23. cum seq. fol. 160. & quid in significatione actiua. in rub. C. de eden. nu. 7. 59

¶ Gladius aliquando pro gladio ciuili punitiuo delictorum. l. Imperiũ. nu. 1. ff. de iur. omn. iud. 70

Glossa. Glossæ auctoritas quanta sit, in l. vt vim. ff. de iust. & iur. n. 34. 7

Glo. dictum debet intelligi secundum legem quam alleg. in l. cùm filiofam. ff. de leg. 1. nu. 129. fol. 36. & in l. 1. eod. tit. nu. 98. 8

Glo. duæ vel plures vincunt auctoritatem vnius. de lega. 3. l. re coniuncti. num. 16. 178

¶ Gradus substitutionis põt cãri duplex ex vna oratione, & vnico contextu verborũ, de vulg. & pup. substi. l. cohr̃di. §. qui discretas. n. 5. 145

Gradus omnis à quo filius in potestate est præteritus à principio est iure nullus. de lib. & posth. l. à primo. nu. 5. 173

Gradus capitur pro persona, de vulg. & pup. substi. l. sed si plures. §. nemo institutus. num. 2. 119

Gradũ primũ valere non est necesse quo ad essentiã, seu valorẽ substitutionis vulgaris, de lib. & posth. l. & si pepcerit. § si ita testatus, n. 2. 167

Gradus secundus substitutionis non põt dici pendere à primo, & esse illi accessorius nec ratione causalitatis, nec ratione essentię, aut validitatis. de lib. & posth. l. & si pepercerit. §. si ita testatus, nu. 11. eo.

¶ Grãmatica mala an admittatur, in l. cùm filiof. ff. de leg. 1. nu. 102. 35

¶ Gratia, gratitudo gratum, & gratis.

gratia secundi homicidij in qua non fuit facta mentio de primo nihil valet. in l. nec damnosa. C. de prec. Impe. offe. nu. 3. quod an procedat si literæ gratiæ sint geminatæ. nu. 4. 48

Gratus quilibet hodie præsumitur nisi contrarium probetur, in l. liberi. C. de inoffi. test. nu. 1. fol. 175. & in l. omnimodo. eo. tit. nu. 7. 176

Gratitudo sequens quando tollat ingratitudinem præcedentem, in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. nu. 69. 12

Reliqua in verbo Ingratitudo.

Gratũ seruitium sequens facit præsumi iniuriæ præcedentis remissionẽ, ibid.

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Ias.

ibid.num.eod, eod.
Gratis quando aliquis tenetur aliquid facere ſi accipiat pecuniam, turpiter,& iniuſtè accipit,in l.1.ff.de cond.ob turp.cau.nu.1. 166
gratiam tibi facimus,hæc verba,quid importent, in l.huiuſmodi.§.edes, ff.de leg.1.nu.9.cum ſeq. 144
Gratia conceditur per viam ſupplicationis,& talis ſupplicatio non impedit reſtitutionẽ.ff.de re iud.l.ſi ſenẽ obtulit.§.condẽnatũ.n.18.146
Gratiæ ex quo ſunt æquales, qui primo præſentauit reſcriptum erit potior in præbenda,de leg.1.l.ſi pluribus,nu.29. 61
Grauare & grauamen,ſi ſit ſucceſſiuum,& perpetuum non currit tempus appellandi.in l.prætor.§.ſi aliquando.ff.de nou.ope.nun.n.9. 46
Grauare intelligitur teſtator pro ea parte pro qua honorauit, in l.ſi quis in fundi vocabulo.§.ſi quis hæres.ff.de leg.1.nu.1. 15
Grauari propriè non dicitur,qui grauatur ſub conditione, & tunc poterit grauari in plus quàm ei relictum fuerit, in l.cùm filiofam.de lega.1.num.51. 33
Grauamen iniunctum hæredi hæredis, vel legatum ſub nomine appel, & non proprio valet ſi aliquid perueniat ad grauatum, ex l. diſpoſi, vel caſu fortuito non incontinenti, ſed ex interuallo,ibid.nu.52. eo.
Grauare hæredem minus quàm ſit poſſibile in dubio teſtator præſumitur,in l.ſerui elect.§.cum fundus.ff.de leg.1.nu.1.& 18. cum ſeq. fol. 19.& in l.ſi ita ſit ſcriptum. eo.tit.nu.18.34.& 36.fol.43. & in l.apud Iul.§.conſtat,eod. tit.num.19.fol.77.& in l.ſi duob.reis.§.hæres,eod. titu.num.6. 46
Grauare ſi non poſſum hæredem meum,nec tunc hæredem. hæredis, in l.ſi Titio.§.ſicuti.ff.de leg.1.nu.11. 162
Grauare quilibet poteſt fideicommiſſo ſibi ſuccedentes ab inteſtato de iure ciuili,vel prætorio,de leg.1.l.ſi Titio.§.ſicuti,nu.8.& 14. eod.
Grauamen debet eſſe commenſurabile oneri iniuncto, de lega.1.l.cùm filiofam.num.48. 32
Grauamen caſu deficiens cedit lucro eius, qui eſt grauatus, de leg.1.l.ſi Titio.num.16. 162
Grauari debet in alio,qui in vno alleuiatur.ff.de iureiur.l.eum, qui.nu, 4.fol.95.& in l.1.§.denique.ff.ad Trebell.nu.7.fol.205.& in l.ſeruũ filij.§.ſi idem ſeruus.ff.de leg.1.nu.15.fol.85.& in l.cùm res.ff.de leg, 1.nu.27.fol.89.& in l.re coniuncti.ff.de leg.3,nu.96. 183
Grauamen non poteſt imponi in legitima patroni.l. ſi arrogator, num, 32.de adoptio.fol.37.nec in alia,in l.filiusfam.§.diui.ff.de leg.1,num. 12,fol,364.& in verbo Legitima.
Grauamen vbicunque eſt cauſa alicuius commodi: ceſſante grauamine ceſſat ipſum commodum.ff.de iureiur.l.eum,qui.nu,1. 95
Grauatus per fideicom. detrahit quartam de omnibus bonis, quæ appellatur quarta Trebell.de vulg.& pup.ſubſt.l.Centurio.nu.2. 123
Grauare non poſſum quem non honoro,hęc regula limitatur quinque modis.C.de fideicom.l.ab eo.nu.1.fol.203.& in l.ſciendum.ff.de leg, 1.nu.22.fol.10.& in l.ex tribus.C.de inoffi.teſt.nu.3.fol, 173.& in l. cùm filiofam.ff.de leg.1.nu.31. 31
Grauari poteſt filius exhæredatus, qui nullum cõmodum capit ex teſt, præter legatum,& à fortiori eius ſubſtitutus, in l. cùm filiofam. ff.de leg,1.num.43. 32
Grauari licet non poſſit filius in legitima, vt ſupra in verbo Legitima. tamen eius ſubſtitutus bene poteſt,ibid.nu.44.& 45. eod.
Reliqua vide ſupra in verbo Legatum, in rubr. qui & à qui. poſſit leg, &c.& in rub.de grauamine adiectio.leg.& infra in verb. Hæres,& ſupra in verbo Filius,& in verbo Fideicommiſſum.
¶Grex recipit incrementum, & diminutionem, & tamen ſemper eſt vnum,in l.grege.ff.de leg.1.nu.1. 50
grege legato non veniunt capita aliena, nec etiam in executione fienda mediante ſententia iudicis,ibid.nn.3. eo.
gregis appellatione,quæ animalia deueniant,in l. ſi grege.ff.de leg.1.nu. 4.cum ſeq. eod.
Grege legato ſi omnia capita ſunt mortua excepto vno,illud non debetur cum non poſſit aliorum vicem ſupplere,ibid.nu.6. eo.
¶Guarentigia quid ſit, & inſtrumentum guarentigiatum qualiter fiat, & quamuim ſeu auctoritatẽ habeat, in l. error.C. de iur. & fac.igno. num.25.fol.43.& in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.nu.28. 9
guarentigiæ præceptum an habeat vim ſententiæ diffini. an interlocutoriæ,in d.l.error.C.de iur.& fac.igno.nu.26. 44
Reliqua vide infra in verbo Inſtrumentum.
¶Guerra, quod vigeat, vel quod liga ſperetur paria ſunt ad hoc vt fiat remiſſio propter guerram, in l. clam poſſidere. ff.de acq.poſſ.nu.34. fol.90. §.qui ad nundinas, & an ſit verum,quòd propter guerram ſit fienda remiſſio,in l.1.C.de iure emphy.nu.84. 194
Guerra dicitur ſterilitas,quia vis hoſtium, & ſterilitas æquiparantur, in l.1.C.de iure emphy.nu.85. eod.
Guerra numeratur inter caſus fortuitos,in d.l.1.nu.87. eod.
Guerra non dicitur propriè in latronibus,ibid.nu.88. 194
Guerra ſi duo habeant adinuicem poteſt iudex vetare,& præcipere ſub certa pœna, quòd vnus non tranſeat ante portã alterius.ff. de re iud. l.quod iuſſit,num.18. 157
Guerra probatur præceſſiſſe per inſtrumentum treugæ,in l.decem.ff.de verb.oblig.num.18. 165
¶Gulfus maris Venetorum eſt in eorum dominio, & poſſunt alijs interdicere ibi nauigationem,in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.nu.27. 9

De litera H.

HABERE. Habens filios in hominib. adipiſcendis præfertur non habenti.l.1.ff.ſol.matr.nu.13.fol. 5
Habuit & recepit,hęc verba an verificentur ex ſola preſent. pecuniæ,in l.ſingula.ff.ſi cert.pet.nu.40. 35
Habens ius emphyteuticum finiturum morte, vel ius vſusfruct. in aliquibus rebus legando res illas potius intelligitur legare ius finiturũ, & ſic facere legatum inefficax quàm grauare hęredem onere redimẽdi illas res.limita tamen vt ibid.C.de leg.l.vxor patrui.nu.1. 188
Habeat,verbũ eſt commune,de vulg.& pup.ſubſt.l.Centurio,n.69.131
Habet aliquis propter ſocium illud quod non haberet propter ſe.C.de inoffi.teſt.l.ſi mater,nu.final. 163
Habere eatenus quis dicitur ex cauſa lucratiua legati, quatenus remanet deducto onere.de leg.1.l.non amplius,nu.1. 52
Habere fundum magis intereſt quam pecuniam, de leg.1.l.fideiuſſor.§. meminiſſe,nu.2. 94
Habeto verbum relatum ad legatarium,importat,ꝙ intelligatur legatario conceſſa electio legati alterna.de leg.1.l.planè.§.ſi Titio, n.7.67
Habeatur, hoc verbũ poſitum ſuper vero ſignificat veritatem,ſinautem ſuper ficto ſignificat fictionem.C.de teſt.mil.l.ſi Ruffinus,nu.7. 74
Habere plura remedia noſtra intereſt, in l.2.§.ex plurib. ff.de acq.poſſ. num.11. 75
¶Habilitas extremorũ ſufficit in fictione translatiua circa principalem perſonã domini,& ſic circa ea, quæ principaliter finguntur, non per quandam conſequentiã.ff.de vſuc.l.ſi is,qui pro emptore,n.119. 124
Habilitas extremorũ,an requiratur in his,quę finguntur in conſequentiam.ff.de vſuc.l.ſi is,qui pro emptore,nu.152. 123
Habilitas extremi à quo an requiratur in fictione, de vſuc.l.ſi is,qui pro emptore,nu.153. 126
Habilitas ad aliqua iura non habet eorum effectum donec ad actũ perueniat,quæ tñ regula limitatur.C.de inoffi.teſt.l.quamuis,nu.2. 162
Habilitas extremi à quo,an requiratur in fictione translatiua.ff. de vſucap.l.ſi is,qui pro emptore,nu.155. 126
Habilitas an requiratur tribus temporibus in inſtitutione conditionali,in l.ſi is,qui hæres.ff.de vulg.& pupil.nu.1. 119
¶Habitatio patris cenſetur habitatio filij.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſciendum, num.28. 140
Habitationem habens poteſt eam alteri locare,de leg.1.l.ſi ex toto.§.ſi ita legatum,num.18.& 19. 26
De habitatione legata,vide infra in verbo, Legatum, in rubr.de domo, & habita.lega.
¶Habitus,& potentia,an & quando ſufficiant, vel nõ,in l.2.C. de inoffic.teſt.num.4. 162
Habitum pluralitas requirit pluralitatem priuationum. ff. de nou. ope. nun.l.de pupillo,nu.2. 16
Hebræus,vide infra in verbo Iudeus.
¶Hæreditas quid ſit.in rub.ff.de acq.hær.nu.9.fol.56.& in l. licèt inter priuatos.C.de pact.nu.12.fol.82.& in l.1.ff.de leg.1.nu.83. 7
Hæreditatis appellatione bonorum poſſeſſio continetur, in l.emancipata.C.qui admit.nu.11. 11
Hæreditatem paternam, qui acceptat cogitur pupillarem ſubſtitutionẽ acceptare,in l.quidam.C.de iure delib.nu 2.cum ſeq. 164
Hæredita,appella.an contineatur emphyteuſis, & feudum,in l.quod dicitur.ff.de verb.oblig.nu.30. cum ſeq. & ſupra in verbo Fundum, & in verbo Emphy. 205
Hęredita.an acquirat bonæ fid.poſſeſ.quando ille adiuit iuſſu ipſius,qui credebatur eſſe in eius poteſtate,in l.qui in aliena.§.1.ff.de acq. hære. num.15.cum ſeq. 61
Hæreditatem an acquirat filius patri non præcedente iuſſu,in d.l.qui in aliena.§.interdum,nu.12. 64
Hæreditatem profectitiam an poſſit pater cogere filium,vt repudiet,in l.is,qui.§.neque.ff.de acq.hær.nu.25.& 28. 75
Hæreditatem aduentitiam ſi filius repudiet, an ſolus pater poterit illam adire,& quid ſi filius per lapſum temporis repudiauit in totum, vide latè in d.§.neque,nu.33 cum ſeq. eod.
Ad hæreditatem aui an admittatur nepos patre repudiato, vel penitus excluſo,in l.ſi quis filium.§.ſi filius.ff.acq.de hær.nu.10. 67
Hæreditas ſeruo ſine libertate dari non poteſt,in l.ſi ita ſcriptum.§.1.ff. de lib.& poſthum.2.cum ſeq. 182
Hæreditas adita an acquirat dominium,in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de lib.& poſth.nu.125. 214
Hæreditas nondum apprehenſa an poſſit auferri per legitimationem licet adita ſit.ibid.nu.126. eod.
Hæreditas an dicatur delata poſthumo,qui naſcitur pendente dubio ex agna.mortuo,in l.is poteſt.ff.de acq.hær.n.56. 82.in prin.
Hæreditas non adita non dicitur in bonis noſtris nec hæres dicitur habere

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

bere aliquod ius quæsitum, sed quærendum, in l. cùm filiofam. ff. de leg. 1. num. 112. & 114. fol. 35. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. num. 123. 214

Hæreditas licet auferatur alicui tanquã ab indigno, per hoc tñ non desinit esse hæres ipso iure, de vulg. & pup. substl. ex facto. §. Iul. n. 2. 151

Hæreditas an & quando fungatur vice personæ. ff. de vsuc. l. si is, qui pro emptore, nu. 35. & 14. melius. 28. 19

Hæreditas iacens non comprehenditur à statuto cridarum disponente aliquem debere comparere cum iuribus suis intra certum tempus. ff. de vsucap. l. si is, qui pro emptore, nu. 29. eod.

Hæreditas capti ab hostibus non est verè hæreditas, sed fictè. ff. de vsuc. l. si is, qui pro emptore. nu. 57. 121

Hæreditas patris viuo patre, vel aliorum ascendentium, etiã post mortem patris non dicitur debita filio, sed quasi debita. l. si emancipata, nu. 4. C. de iuris, & fac. ign. 40

An in hæreditate viuentis dicatur, quis habere spem, in l. de quæstione. C. de pact. nu. 4. 91

Consensus præstitus in contractu celebrato per aliquos super hæreditate consentientis sortitur naturam vltimæ voluntatis, & efficitur ambulatorius, & reuocabilis vsque ad mortem. l. de quæstione. C. de pact. num. 12. eod.

Si filia renunciauit cum iuramento hæreditati patris viuentis in manibus fratrum, & patris, potest pater solus disponere non obstante iuramento, quòd filia simul cum fratribus succedat æqualiter. d. l. de quæstione, nu. 13. & 23. 91

Hæreditas si non potest dari extraneis per pactum, an poterit dari filijs. d. l. de quæstione. C. de pact. num. 22. fol. 92. & an possit dari in causa dotis, in l. pactum, quod de pact. nu. 2. & 4. 80

An valeat conuentio facta inter aliquos de hæreditate viuentis q̃ sperãt inter eos certo modo diuidenda. m. l. de quæstione. C. de pact. in fin. 93

Hæreditatem patris potest filius respuere, & acceptare legitimam sibi relictam per viam contractus, & quid si filius tit. hereditario veniat, in Auth. vnde & si parens. C. de inoffi. test. nu. 1. & 5. 168

In generali renunciatione hæreditatis intelligitur renunciatum legitimæ, vel iuri petenti supplementum nisi de ea fiat specialis mentio, in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. test. nu. 5. 179

Quid si in generali renunciatione interueniret iuramentum, in d. §. generaliter, nu. 6. eod.

Quando mater instituit filios hæredes si emancipentur à patre, ne bona acquirantur patri, & filij moriantur antequã emancipentur à patre, qd erit de ista hæreditate matris, an spectabit ad consanguineos matris, vel transmittetur ad patrẽ, in l. filijs matrẽ. C. de inof. test. n. 4. 173

Hæreditas iacens, & pupillus æquiparantur. l. cùm debitoris. C. de iud. num. 1. 145

Contra hæreditatem iacentem potest perueniri ad primum decretum, in l. cum debitoris, de iud. nu. 1. eod.

Hereditas transit in fideic. vniuersalem cum onere legatorum, & creditorum, ad Senatusconsul. Treb. l. qui quadringenta, nu. 6. 206

Hæreditas si non est soluendo pro debitis, & pro legatis fideic. est inutile, de leg. 1. l. si fundum per fideic. nu. 2. 159

Hæreditas quædam est, quæ nunquam dicitur iacens, de acq. hær. super rub. num. 7. 56

Hæreditas quando est adita desinit esse hæreditas, ibid. num. 8. fol. eod. & in l. quas vero. §. quod si stipula. ff. si cert. pet. nu. 8. cum seq. fol. 66. & in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss. nu. 14. fol. 67. & in l. si filium. §. in omni. ff. de acq. hær. nu. 20. 68

Hæreditas transit ad fiscum cum onere legatorum nisi fiscus repudiet, vel hæres istud procurauit, de leg. 1. l. si seruus plurium. §. si quis autem, num. 1. 95

Hæreditas remanet penes hæredem indignum si fiscus nolit auferre. ibidem, num. 2. eod.

Hæreditas quando est adita per hæredem, sed nondum restituta fideicõmissario vniuersali, an tunc teneatur non solùm creditoribus, sed etiam legatarijs. ad Senatusc. Treb. l. 1. §. si quadringenta, n. 6. 206

Hæreditas non transit plene iure in emptorem hæreditatis, sed omnia iura actiua, & passiua, remanent penes venditorem, de leg. 3. l. re coniuncti, num. 117. 185

Hereditas, si non sit adita testamentum est nullum, legataque corruunt, de leg. 1. l. serui electione, nu. 6. 14

Hæreditas aliud est & aliud sunt bona. l. re cõiuncti, de leg. 3. n. 100. 200

Hæreditas impropriè dicitur quando defertur successio patri ex testamento filij in castrensi peculio, vel quasi. l. 1. §. hoc autem, in 2. lect. ff. ad Senatusconsul. Treb. nu. 9. 16

Hæreditas si non est soluendo, vel qñ deducto ære alieno nil supereſt de hæreditate, tunc elegata, & fideic. nihil valent, d. l. 1. ff. de leg. 1. n. 77. 7

Hæreditas legitima debetur tota ex præsumpta voluntate defuncti. l. hæc verba. ff. de leg. 1. nu. 53. 12

Hæreditatem videtur testator tacitè reliquisse filijs filiorum ex quo eos onere fideicommissi grauauit, secus si nullum fideicom. eis iniungeretur, in l. cùm filiofam. ff. de leg. 1. nu. 36. 32

Hæreditas opulenta, quæ sit, in l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de leg. 1. num. 8. 54

Hæreditatis viuentis spes, non solùm in patre, sed etiam in alijs reprobatur, in l. seruum filij. ff. de leg. 1. nu. 14. & 15. 83

Hæreditas an in foro conscientiæ possit retineri per scriptum in testamento minus solenni, & an naturaliter tunc ei debeatur, in l. nemo potest, in 2. lect. de leg. 1. num. 77. & 95. fol. 108. & in 1. lect. num. 72. 73. & 75. 102

Quid si veniens ab intestato occupet hæreditatem contra scriptum hæredem, ibid. nu. eod. eod.

Hereditas, an possit in foro conscientiæ auocari per nepotem testatoris ab herede scripto in testamento in scriptis subscripto, & sigillato à septem testib. in cuius apertura non fuit in specie citatus ipse nepos prout debebat, & non fuerunt seruata requisita à iure, quæ habentur in tit. ff. quemadmo. test. aper. per totum, in d. l. nemo potest, nu. 16. & 84. in 1. lect. fol. 103. melius in 2. n. 96. fol. 103

Hæreditas an facilius reuocetur per tacitam, & præsumptam ademptionem quam legatum. l. re coniuncti. de leg. 3. nu. 25. 178

Hereditatem si tutor, vel curator pupilli seu adulti rogatus sit à testatore restituere, licet in effectu ipse pupillus, vel adultus videatur rogatus, tamen solus tutor potest restitutionem facere, secus si sit grauatus solus pupillus, vel adultus, tunc solus tutor sine pupillo non potest, in l. 1. §. si filio. ff. ad Senatusconsul. Treb. nu. 4. 201

Hæreditatem quando filius, vel seruus instituti grauati sunt restituere, tunc solus pater, vel dñs possunt eam restituere. d. §. si filio. nu. 5. eod.

Hereditas non potest restitui per pupillum tutori eo auctore, & quare, sed adultus curatori suo potest restitutionem facere. l. 1. §. fuit quesitum, nu. 1. 8. 20. & 21. ff. ad Treb. 201

Hereditas licet non possit tutore auctore restitui ipsi tutori per pupillum grauati ei restituere, an cum eius auctoritate possit adiri, licet pupillus sit grauatus tutori restituere. §. fuit quesitum, nu. 22. eod.

Hæreditas in dubio præsumitur directo relicta, in l. Marcellus. ff. ad Senatusconsul. Treb. nu. 25. 208

Hereditate non adita legata, & fideicommissa non debentur. d. l. hęc verba. nu. 4. de leg. 1. 11

Hereditate nondum adita per hęredem si seruus legatus aliquid acquirat, q̃ acquiratur hęredi, nisi hęres moram fecerit in adeunda hęreditate. l. si tibi homo. ff. de leg. 1. nu. 12. 154

Hereditatis adeundę, vel repodiandę sufficit pro ratione voluntas. l. titio pater. ff. de leg. 1. nn. 11. 157

Hereditas si non sit adita, sed repudiata dicitur impugnari iudiciũ defuncti, & corruit tota voluntas testatoris, & omnia disposita in testamento annullantur, & reducunt rem ad causam intestati. d. l. filio pater. num. 10. eod.

Hereditari paternę se immiscuisse filius in dubio non præsumitur nisi probetur per creditores. d. l. filio pater. nu. 22. eod.

Si filius in potestate abstinuerit se ab hereditate patris, quod propter exi stentiam suitatis confirmentur tabuiæ pupillares, & tutelę libertates. d. l. filio pater. nu. 15. eod.

Hereditas si est diuisa per patrem in testamento, per viam prælegatorũ inter filios institutos ne postea deueniant ad rixas, tunc si aliquis eorum repudiat partem suam hereditatis non debet habere prælegatorum. d. l. filio pater. ff. de leg. 1. nu. 26. eod.

Hæreditas an elapsis triginta annis possit amplius adiri de iure ciuili sicut de iure prętorio. d. §. bonorum. nu. 10. 199

Hereditatem restituens debent distingui ab eo cui fit restitutio. l. 1. §. si autem collegium. ff. ad Treb. nu. 9. 203

Hæreditatis venditor remanet adhuc hęres, & conuenitur actionibus hereditarijs sicut prius, in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. nu. 126. 184

Hereditatis venditor cum semel fuerit hęres, an possit amplius desinere esse hæres. d. l. re coniuncti. vidã nu. 139. vbi hęc 3. nat. 186

Hereditatem vendens vtique possidere videtur, nisi dolo feciſſet quominus possideat. d. l. re coniuncti. nu. eod. eod.

Hereditatis emptori non competunt nisi illę actiones, quę tunc temporis competebant quando fuit hęreditas vẽdita, quę nõ in futurũ cõpetunt, & q̃ commoda, & incommoda spectent ad ipsum emptorem respectu portionis venditę. in d. l. re coniuncti. nu. 136. eod.

Hereditatis emptor acquirit omnia iura vtilia particularia actiua, & passiua, quę in eum transferuntur ex venditione hereditatis sibi facta, & quid de iuribus vniuersalibus. in d. l. re coniuncti. nu. 135. eod.

Hæreditatis emptor, qui emit an eo, qui erat etiam pupillariter substitutus an acquirat etiam ea, quæ consequutus fuit venditor ex substitutione pupillari. d. l. re coniuncti. nu. 137. eod.

Hæreditatis emptor, an acquirat ea, quæ obueniunt iure accrescendi. l. re coniuncti. nu. 127. eod.

Hæreditas iacens incidit in pœnem conuentionalem (licet non possit in mora constitui) quando pœna committitur absq; hominis interpellatione ex lapsu diei appositi. ff. de verb. obl. l. ad diẽ. n. 4. & 5. 125

Hæreditas quando dicatur esse soluendo. C. de iure delib. l. scimus iam. §. in computatione. nu. 10. 168

Hæreditas si deferatur pupillo non infanti, ita quod patri non quæratur vsusfru. tunc auctoritas patris non sufficit pupillo ad adeundam hæredita-

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

hæreditatem rationem ponit. C. de iure delib. l. infanti, nu. 13. 162
Hæreditas ſi ſit delata infanti tranſmitti ur ad patrem mortuo infante, etiam ſi adita per patrem non fuit. C. de iure delib. l. ſi infanti. n. 3. 161
Hæreditas defertur libere ab inteſtato patronis, & manumiſſoribus. C. de fideicom. l. cùm ſecundum. uu 4. 201
Hæreditas acquiritur abſque aliqua apprehenſione poſſeſſionis rerum hæreditarium, & ita dominium, poſſeſſio tamen non acquiritur niſi mediante apprehenſione facti. C. de iure delib. l. ſi ſorori. nu. 1. 160
Hæreditas ſi non adeatur per hæredē ſcriptum legata, vel fideicommiſſa relicta illo teſtamento irritantur. C. de fideic. l. eā quam. n. 12. 206
Hæreditas dicitur titulus lucratiuus quando extraneus hæres inſtituitur. C. de codi. l. ſi quis agere, nu. 8. 182
Hæreditas ſi iure ſuitatis eſſe delata exiſtenti in primo gradu adeo ſibi eſſet infixa, quod etiam repudiet, non tamen deſinit eſſe hæres ſaltem nomine. ff. de lib. & poſth. l. ſi quis poſth. § ſi filium, nu. 34. 176
Hæreditatem petens ex teſtamento in ſcriptis etiam ſi petat iure fideicommiſſi, habet tamen remedium. l. fin. C. de edi. diui Adr. toll. ſecus, qui petit hæreditatem ex codicillis factis in reſcriptis. C. de codi. l. ſi quis agere, num. 16. 183
Hæreditas primi fratris reperitur in hæreditate ſecundi. de vulg. & pup. ſubſt. l. ex duobus. nu. 3. 140
Hæreditate vēdita ſi euincantur res ſingulares non agitur de euictione, quia res ſingulares non venditæ ſunt principaliter, ſed per conſequētiam. l. 1. ff. de leg. 1. nu. 82. 8
Hæreditas dicitur vniuerſitas iuris, quæ non poteſt conſiſtere ſine corporib. l. 1. ff. de leg. 1. nu. 83. eod.
Hæreditas quando non poteſt adiri ex teſtamento errore teſtatoris errātis in conditione perſonæ inſtitutæ, tamē legata, & fideicommiſſa debentur à venientibus ab inteſtato. C. de fideicom. l. eam quam. nu. 3. & 10. cum plu. ſeq. 205
Hæreditas non deuoluitur ad cauſam inteſtati niſi prius excluſa, & perempta cauſa teſtati, de acq. hær. l. nec is. § hæres inſtitutus. nu. 11. 78
Hæreditate delata filio ſi pater conſenſu filij adijt eſt ſatisfactum iuris ſolennitati. de acq. hær. l. ſi quis mihi bona. § iuſſum. nu. 27. 92
Hæreditas quando expreſsè, & principaliter aditur mens incipit tractare de geſtione pro hærede declarando quando & per quos actus facti inducatur. de acq. hær. l. pro hærede. nu. 6. 83
Hæreditas opulenta differt à locuplete. vide qualiter. de acq. hær. l. ſi quis mihi bona. § ſeruus municipium. nu. 8. 90
Hæreditas poteſt pactis inter viuos dari ad pias cauſas. ff. de pact. l. tale pactum. § pater qui. nu. 14. 206
Hæreditas eſt corpus imaginatum ac repreſentans perſonam defuncti inductum à iure ciuili. de acq. hær. l. 1. nu. 5. 57
Hæreditas ſicut ſola voluntate aditur, ita etiam ſola voluntate perditur. in l. is, qui. de acq. hær. nu. 2. 76
Hæreditas quo iure fuerit inuenta. de acq. hær. ſuper rub. nu. 14. fol. 57
Hæreditas aliud eſt, & aliud aditio hæreditatis. de acq. hæred. l. quandiu. num. 8. 59
Hæreditas quando non poteſt adiri ex teſtamento propter errorem teſtatoris circa perſonam inſtituti, an legata debeantur à cohæredib. l. hæc verba. ff. de leg. 1. nu. 17. 11
Hæreditas vt acquiratur per ſeruum requiritur duplex voluntas ſerui. ſ. & domini, & rationem ponit, ꝙ voluntas domini eſt de forma, ſubſtantiali. de acq. poſſ. l. 1. § hæc quæ de ſeruis. nu. 1. 68
Hæreditas non repræſentat perſonam defuncti ſecundum iuris gentiū, ꝙ attenditur in foro conſcientiæ. de acq. hær. ſuper rub. nu. 17. 57
Hæreditas delata infanti plenè ei defertur à iure. de acq. hær. l. is poteſt. num. 54. 81
Hæreditas eſt de iure ciui. de acq. hēr. l. nec is. § hēres inſtitutus. n. 19. 78
Hæreditas patris vt non pertineat ad filium multa poſſunt accidere. de acq. hær. lis. poteſt. nu. 21. 80
Hæreditas ſi eſſet opulenta non poſſet adhuc ſolus pupillus eam adire cum non intelligat cauſam ſuæ aditionis. de acquir. hære. l. pupillus ſi fari. num. 3. 71
Hæreditas dicitur alicui delata licet ſubſit aliquod impedimentum circa perſonam hæredis inſtituti. de acq. hær. l. is poteſt. nu. 54. 81
Hæreditas dicitur delata etiam ignoranti. ibid. nu. 51. eod.
Hæreditas quando purè ſe offert ex teſtamento, vel ab inteſtato dicitur delata largè. ibid. nu. 52. eod.
An & quando propriè dicatur delata. in l. 1. C. qui admit. nu. 4. fol. 8. & in l. 1. ſi quis extra. ff. de acq. hær. in § ſciendum. nu. 5. 87
Hæreditatis eſſe incapacem, & conſequenter prohiberi à tali lucro eſt pœna. de vulg. & pup. l. ſi is, qui hæres. nu. 4. 119
Hæreditatem credens ſibi delatam ex vna cauſa cum ſit delata ex alia ſi adeat non efficitur hæres. de acq. hær. l. ſi is ad quem. nu. 3. 88
Hæreditas iacens æquiparatur beneficio poſſeſſori, & vbicunque lex fingit rem inanimatam poſſidere, ſemper fingitur bonę fid. poſſeſſor, quia lex nunquam fingit malam fidem. ff. ſi cer. pet. l. cuius qui in pro unicia. § quod ſi ſtipulatus. num. 7. 66
Hæreditates relinquuntur honeſtiore, & pleniore tit. quàm legata. l. 1. de leg. 1. num. 26. 5
Hæreditas licet de iure cluili, & de ſubtilitate verborum potius inferatur ſuo hęredi quàm deferatur. de acq. hęr. l. is, qui putat. nu. 22. 77
Hęreditatis priuatio non dicitur propria illa in qua filius eſt inſtitutus pure pro parte, de lib. & poſth. l. filius à patre. nu. 20. 197
Hęreditas poſtquam eſt adita non dicitur propriè hæreditas. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. veteres. nu. 14. 67
Hęreditas iacens non propriè datur in ſuis, ibid. nu. 4. & in l. 2. ff. de acq. hęr. nu. 22. fol. 59. & in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. nu. 10 fol. 178. & in rub. ff. de acq. hęre. num. 6. & 8. fol. 56. & in l. ſi filius hęres. ff. de lib. & poſth. nu. 10. fol. 178. & in l. ſi poſt mortem. ff. de leg. 1. nu. 7. 116
Hęreditas patris, & aliorum aſcendentium nō dicitur debita filio, nedū viuo patre, ſed nec poſt mortem patris, & ideo ſi ea priuatnr non dī propriè pati damnum. l. ſi emancipata, num. 4. C. de iur. & fac. ign. 40
Hęreditas prout eſt iacens eſt quoddam intellectuale repręſentans perſonam defuncti in omnibus iuribus actiuè, & paſſiuè, & illud eſt ius, quod appellatur hęreditas. de acq. hęr. ſuper rub. nu. 4. 57
Hęreditas non poteſt dari per donationem cauſa mortis ſicut nec per codicillos. l. licet inter priuatos. nu. 1. & 2. C. de pac. fol. 81. & in l. quę dotis. ff. ſol. matr. nu. 45. 48
Hęreditas vera iacens complet vſucapionem licet inchoare non poſſit. ff. de vſuc. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 56. ſed inchoare non poteſt. nu. 121. & an & quando in quęſitis procedat vſucapio in hęr. iacente. nu. 13. 73. 166. 167. fol. 126
Hęreditas iacens dicitur dominium ſeruorum hęreditariorum aliarum rerum hęreditatis. ff. de vſuc. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 160. 126
Hęreditatem teſtamentariam, vel legitimam delatam filiofam. non poteſt filius repudiare ſine patre, nec ècontra, de acq. hęr. l. is, qui. §. neque filius. nu. 1. 75
Hęreditatem paternam ſi aliquis diuiſerit cum fratribus tanquam eorum frater, poſtea vt poſſet matrimoniū contrahere cum aliqua puella, iurauit ſe non eſſe filium illius cuius putabatur, an per hoc fratres poſſint aliquid repetere per condictionem indebiti, vel condictione ſine cauſa. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia, nu. 3. 197
Hęreditatis vires ſemper ſufficiunt in fideicommiſſo vniuerſali, nam hęres non vltra illas grauatus eſt reſtituere. ad Senatuſconſul. Treb. l. Marcellus. num. 66. 210
De aditione hæreditatis, & eius repudia. vide ſupra in verbo Aditio, & infra in verbo. Repudiatio, & in verbo Filius.
De petitione hæred. vide infra in verbo Petitio hæreditatis.
¶ Hæres. De tranſmiſſione legatorum ad hæredes, vide infra in verbo Tranſmiſſio. & in verbo Leg. in rub. de leg. tranſ. ad hæredes. de tranſmiſſio. hær. ad hæredes, in verbo Tranſmiſſio.
hæredes quomodo teneantur ad legata, vide infra in verbo Legatum, in rub. quomodo hæredes teſtantis, &c.
Hæredū qualitas quotuplex reperiat. in l. qui ſe patris. vnde lib. n. 20. 32
Hæres ignorans an conſtituatur in mora. in l. vinū ſi cert. pet. n. 10. 43
Hæredes neceſſa. vt ſunt ſerui non præſumuntur ſcire ea, quæ continentur in teſtamento, ſecus eſt in extraneis. in l. quas vero. §. quod ſtipula. ff. ſi cert. pet. num. 4. 66
Hæres extraneus datus cohæres ſeruo neceſſario hæredi inſtituto non facit ſeruum deſinere eſſe hæredem. ibid. nu. 12. 67
hæres an & quando teneatur redimere rem legatam à teſtato. quæ prius obligata erat. in l. prædia. C. de fideicom. nu. 2. fol. 202. & ſupra in remiſſio. in prin. huius materię dotis.
hæres an probetur quis eſſe probando poſſediſſe res hær. & qualiter probetur. in l. 4. C. vnde legiti. nu. 1. 39
hæres eſſe non poteſt, qui teſtatorem occidit, ſeu cauſam mortis præbuit. in l. ſororem. C. de his quib. vt indig. nu. 4. 180
hæredum appella. an & quando intelligatur de primo tantū. in l. in annalibus. C. de leg. nu. 1. 189
hæres nunciati, qui ſpernit nunciationem tenetur ad patientiam demolitionis licet non ad impenſam, in l. is cui opus. ff. de nou. ope. nun. n. 1. & quid de hærede prælati. nu. 3. fol. 49. & in l. non ſolùm. §. morte. eod tit. nu. 11. 29
hæres poſſidet rem hæredi. non ſolùm tit. hæredi. ſed etiam titulo quo defunctus poſſidebat. in l. 2. §. 3. ff. de acq. poſſ. nu. 12. 61
hæres vtens acceſſione, & adminiculo ſui auctо. debet vti cum ſuis vitijs. in l. Pompo. §. cum quis. ff. de acq. poſſ. nu. 1. & 8. 110
hæres vtitur acceſſione poſſeſſ. defuncti, & temporis vacantis hær. in d. l. Pompo. in §. quæſitum. nu. 13. 112
hæres non debet eſſe melioris conditio. nec dicitur habere plus iuris q̃ defunctus cum eadem perſona cenſeatur. ibid. nu. 8. 23. & 28. eod.
hęredis titulus plenior eſt quàm tttulus pro emptore. in l. Pomp. §. quęſitum. ff. de acq poſſ. nu. 8. 111
hæres grauatus præſtare alimenta an poterit præſtare in domo propria, vel an teneatur præſtare in domo aliena. in l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de tranſ. nu. 9. cum ſeq. fol. 219. & in l. diuortio. ff. ſol. matr. nu. 24. 21
hæres pro ea parte pro qua non eſt hæres non tenetur ſtare diſpo. teſt. in l. ſi quis ita. §. ea lege. de verb. oblig. nu. 6. 121
hæres an in rebus hær. prætendat titulum lucratiuum. in l. inter ſtipulā. §. ſi rem quam. ff. de verb. oblig. nu. 2. 134

hæres

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

Hæres promiſſoris, quod ex neceſſitate ſoluit, vel conſtituit ſeruitutem promiſſam poteſt repetere à cohæredibus. in l. ex ſtipula. §. ex his. ff. de verb. obliig. nu. 5. 21

hæres vnius promiſſoris ex pluribus in genere abſolutus per ſententiam liberatur à patre ſuo, licèt re vera nil ſoluerit in l. ſtipula. §. ſi tamen hominem. ff. de verb. oblig. nu. 4. 24

hæres per ignorantiam veniens contra contractum celebratum à defuncto incidit in pœnam appoſitam in contractu. ff. de verb. oblig. l. cùm filiofam. ſeruum. §. in hac ſtipulatione. nu. 2. 93

hæres ſi agit, & petit contra illum, qui fuit ſtipulatus à defuncto amplius non peti ſub pœna, incurrit pœnam etiam ſi fuit ignorãs. ff. de verb. oblig. l. cùm filiofa. ſeruum. §. in §ac ſtipulatione. nu. 3. eod.

hæres, vel legatarius non poſſunt grauari de adoptando aliquem in filium, & ſi non adoptauerint perdant legatum, vel hæreditatem, quia tale fideicommiſſum, vel grauamen non valet. eſt enim contra bonos mores. ff. de verb. oblig. l. quidam cum filium. nu. 8. 208

hæres idem eſt, quod dominus. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. etiam ſi parente. nu. 4. fol. 224. & in l. Centurio. ff. de vulg. nu. 31. 123

hæres inſtitutus, quando eſt grauatus teſtituere hæreditatem filio cum morietur talis diſpoſitio habet in ſe conditionem cauſalem ſi filius ſuperuixerit poſt hæredem grauatum. C. de inoffic. teſtam. l. ſcimus antea. §. cum autem. nu. 3. 180

hæres cogitus ſoluere hominem integrum, quando in hæreditatem non eſt aliquis communis ſeruus, & ſic iſte hæres habet neceſſe redimere ſeruum alienum, aut ſoluere totum. ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio. §. ex his. num. 13. 23

hæres, qui ſemel eſt, licet ei vt ab indigno auferatur hæreditas, vel ipſo iure deſinat eſſe hæres, tamen admittitur ex ſubſtitu. pupillari facta per illa verba quiſquis. de vulga. & pupilla. ſubſti. l. ex facto. §. Iulianus. nu. 1. 151

hæres ſi ſim ab inteſtato, qui fui hæres Seij ex teſtamento, ego etiam dicor hæres Seij ex teſtamento per mediam perſonam Titij, cui ſucceſſi. de acq. hære. l. qui aliena. §. interdum. nu. 9. & 25. 64

hæres obligatur ad legata ſub conditione tacita. ſ. ſi hæreditatem adiuerit. ff. de verb. oblig. l. quoties in diem. nu. 3. 106

hæres in quem tranſit inſtantia cauſæ tenetur denuo ſatiſdare cum per mortem rei extincta ſit prima ſatiſdatio. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſi deceſſerit. nu. 3. 128

hæres ſoluens ſcienter fideicommiſſum relictum in minus ſolenni voluntate facit, vt nec ipſe nec eius hęres poſſit repetere. C. de fideicom. l. & ſi inutiliter. nu. 1. 200

hæres ſi non apparet quis ſit, & fiat proclama publicum, vt quicunque ſit hæres intra tale tempus compareat. ſi comparet aliquis, qui dicat ſe hæredem, an teneatur creditoribus. C. de iure deliberan. l. ſi curatoris. nu. 2. 160

hæres, qui petit tempus ad deliberandum debet interim habere res hæreditarias penes ſe. C. de iure deliberan. l. ſcimus. §. ſinautem hoc aliquis. numer. 4. 170

hæres, qui adiuit hæreditatem teſtatoris occiſi, & non eſt vltus necem defuncti priuatur ſucceſſione, quæ fiſco applicatur. C. de his quibus vt indig. l. 1. nu. 4. fol. 177. niſi excuſetur iuſta cauſa, vt in l. ſi ea. eod. tit. num. 1. fol. 179. & in l. ſororem. eod. tit. nu. 1. 179

hæres, quod non poſſit grauari vltra vires hæreditarias, quando teſtator reliquid, vel fecit legatum ad pias cauſas. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. nu. 2. fol. 13. & in 2. lect. nu. 5. 15

Diuiſio facta per ignorantiam cum hærede putatiuo non præiudicat veritati. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris, & fact. igno. nu. 1. 41

An tunc ſolutum repetatur. ibid. nu. 4. eod.

An inter hæredem legitimum, & hæredem putatiuum cadat aliqua obgatio. ibid. num. eo. eod.

hæres legitimus an teneatur in foro conſcientiæ dare extraneo hæredi partem hæreditatis ei relictam in teſtamento minus ſolenni. ead. l. num. 5. & 11. eod.

An licite retineat hæreditatem relictam incapa. ead. l. §. ſi poſt. nu. 5. eo.

hæres an ex eius promiſſione obligari poſſit ad relicta in teſtamento minus ſolenn. l. eum quis. C. de iure, & fact. igno. nu. 12. & 13. 45

Si pater inſtituat filios maſculos, & fœminas, an in eo, quod eos tangit, intelligatur derogatum ſtatuto diſponenti, quod extantibus maſculis filiæ fœminę non ſuccedant. l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtili. public. num. 19. 54

hæres ſemel nunquam poteſt deſinere eſſe hęres. l. poſt venditionem. C. de pact. num. 1. 72

hæres ſi lata ſententia dimiſit hæreditatem aduerſario ſine vllo pacto, an pro ſuo credito aget 1. actione. l. debitori. C. de pact. nu. 6. 75

An alij creditores agent contra verum hæredem. ibid. nu. eo. in fi. eod.

hæredis nominatio qualitercunque, & quibuſcunque verbis facta, an & inter quos habeat vim teſtamenti. in l. licèt inter priuatos. C. de pactis. num. 5. 81

Obligationes actiuæ, & paſſiuæ, an diuidantur ipſo iure ex l. 12. tabula. pro rata inter hęredes ſuccedẽtes de iure ciuili, & an idem ſit ſi ſuccedant de iure prætorio. in d. l. debitorum. C. de pact. nu. 3. & 8. 85

Hæres pro parte repreſentat defunctum, pro illa parte pro qua eſt hæres. ead. l. debitorum. nu. 2. eod.

Si conuentus, vt hæres non oppoſuit, quod non erat hæres, imò tranſegit, & ſoluit, vt hęres, non poteſt ſolutum repetere quamuis verè non ſit hæres. l. nec intentio. C. de tranſact. nu. 1. 109

Quid ſi non ſoluit, ſed per ſtipulationem promiſit, an poſſit cogi ad ſoluendum, & quid ſi creditores fuerunt in euidenti calumnia, an poſſit illud petere à vero hęrede. ibi. num. 2. eo.

hæredes filij inſtituti in maxima parte hæredi. qui in danda legitima alijs filijs relicta fuerunt vſque ad ſententiam contumaces debent condemnari in pœna tertij pluris. in l. ſi quis ſuo. C. de inoffi. teſt. numero 1. 177

hæres inſtitutus, licèt non habeat voluntatem defuncti, an debet admitti fiſcus, vel venientes ab inteſtato. C. de his quibus, vt indig. l. hæreditas. num. 5. 178

hæres ſi non poteſt capere propter delictum ſuum, an tunc admittatur fiſcus. C. de his quib. vt indig. l. hæreditas. num. 10. eod.

hęres ſi accuſat teſtamentum tanquam falſum, vel ſi dicat teſtamentum, non iure factum, an ſit differentia. C. de his quibus vt indig. l. polla. numero 4. 178

hæres quamprimum potuit vindicare necem defuncti, & non vindicauit, incidit in pęnam. C. de his quibus vt indig. l. 1. nu. 7. 177

hæres quando petit ſe mitti in poſſeſſionem, & oſtendit teſtamentum iudici, non cogitur probare mortem teſtatoris. C. de edict. diui Adri. tol. l. edicto. num. 13. 174

hæres tenetur luere rem legatam quam teſtator pignorauit. C. de legat. l. quamuis hæres. nu. 3. 183

hæredes non poſſunt eſſe duo inſolidum, nec duo domini inſolidum, niſi vnus ſit propriè, alius verò impropriè. de lib. & poſthum. l. in ſuis. num. 39. 180

hæres ſi ſemel adeptus eſt poſſeſſionem rerum hæreditariarum ſi à poſſeſſione cadit non competit ei amplius petitio hæreditatis, nec bonorum poſſeſſio hæreditatis petitionis. C. de edict. diui Adria. tol. l. edicto. num. 9. 174

hæres redditur indignus ex tacita inimicitia, quæ commiſſa eſt poſt mortem teſtatoris, puta ſi concubuit cum vxore defuncti. C. de his quibus vt indig. l. ſororem. nu. 5. 180

hæres inſtitutus, & grauatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem, ſi decedat antequam adiuerit hæreditatem fideicommiſſum vitiatur, & hæres talis hæredis non poteſt cogi adire, & reſtituere. C. de fideicom. l. eam quam. num. 11. 207

Hæres duobus modis intelligitur approbare, vel agnoſcere relicta in teſtamento inutili. C. de teſta. l. non dubium. nu. 4. 103

hæres, qui negauit fuiſſe relictum, ſi delato ſibi iuramento per legatarium recuſet ſubire, non poteſt teſtamentum dicere minus ſolenne. C. de fideicommiſ. l. quæſtionem. nu. 3. 212

hæres grauatus reſtituere hæreditatem poteſt eam reſtituere abſque detractione alicuius quartæ. C. de fideicommiſ. l. ſi poſt mortem. numero 4. 203

hæres licèt vendat hæreditatem cum oneribus legatarij, & creditores hæreditarij poſſunt ipſum hæredem conuenire. C. de leg. l. quamuis hæres num. 1. 183

hæres negligens ſoluere legata, non ſolum priuatur hæreditate, ſed etiã prælegatis. C. de fideicommiſ. Auth. hoc amplius. num. 5. quod limit. 6. modis. num. 113.

hæres ſcienter ſoluens vnum legatum ex inutili teſtamento, licèt ſibi præiudicet quo ad legatum, quod non ſoluit, non tamen ſibi præiudicat quo ad alia legata. C. de fideicommiſ. l. ſi inutiliter. nu. 9. 201

hæres eſt ille in quem tranſeunt obligationes, & actiones actiuè, & paſſiuè cum ſit ſucceſſor vniuerſalis. in l. 1. ff. de leg. 1. nu. 37. 5

hæredis inſtitutio non vitiatur per verbum iniurioſum. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. nu. 20. 13

hæredem aliquem habere in genere ex teſtamento, vel ab inteſtato eſt neceſſarium, ſed habere illum nomine proprio puta Stichum eſt à fortuna. l. cum filioſamil. ff. de leg. 1. nu. 53. 32

hæredis nomen non poteſt remanere penes ſeruum cum iſtud ſit de iure ciuili. in l. cùm filiofam. ff. de leg. 1. nu. 74. 33

hæres nominatus cenſetur eſſe hæres quo ad ea, quæ ſunt facti, licèt ipſe nullas habeat actiones directas, vel vtiles. d. l. cum filiofamil. numero 92. 34

hæres idem eſt, quod dominus. in d. l. cum filiofa. nu. 99. eod.

hæres ſi primo inſtituatur purè, & poſteà ſub conditione nihil valet ſecunda inſtitutio, quia prima plena fuit. in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. in 1. lectu. ff. de leg. 1. num. 7. fol. 4. & in 2. lectu. nu. 7. 42

hæres cenſetur vna, & eadem perſona cum defuncto. in l. ſi quis à filio §. ſi quis plures. eod. tit. nu. 8. fol. 58. & in l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita. eod. tit. nu. 1. fol. 133.

hæres ſemel an poſſit deſinere eſſe hæres. in l. planè. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1. num. 18. 65

hæres inſtitutus ſub conditione ſi interim pendente conditione agnoſcat bonorum poſſeſſionem vigore talis bon. poſſ. poterit adminiſtrare ſicut

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

re fient curator datus hæreditati.d.§.ſi coniunctim.nu.19. eod.
Hæres non poteſt vti retentione nec iure hæreditario ratione legati eidem relicti.in l.planè, §.ſi duobus.ff.de leg.1.nu.1.& 6.fol. 68.& in l. huiuſmodi.§.ſi ita.eod.tit.nu.14. 148
Hæres indefinitè inſtitutus intelligitur inſtitutus inſolidum. d.§.ſi duobus.num.12. 66
Hæres viuentis nemo dicitur.in d.§.ſi duobus.nu.18. eod.
Hæredis appellatio præſupponit mortem teſtatoris.ibid.nu.eod. eod.
Hæredis appellatio an comprehendat bonorum poſſeſſorem, & ſic ſucceſſorem de iure prætorio.l. 1.§.bonorum.ff. ad Senatuſconſul. Trebell.nu.1.12.13.& 17. 199
Hæres propriè, & directè habetur, & dicitur habere omnia hæreditaria directa, qui ſuccedit de iure prætorio quando alius non poteſt ſuccedere de iure ciuili, nec re, nec ſpe.d.§.bonorum.nu.13. eod.
Quòd verbum hæres, propriè ſignificet hæredem directo, & de iure ciuili non bonorum poſſeſſorem, vel fideicommiſſarium. d.§.bonorũ. num.14.fol.eod.& in §.de illo.eiuſdem.l.nu.4. 199
Quid in ſtatutis.vide in d.§.de illo.num. 1.& 3.fol.eod.& in §.ſi is,qui. 400.eiuſdem.50.nu.5.& 6. eod.
Hæres non poteſt venire contra factum defuncti. l. apud Iul. §. ſi quis alicui.ff.de leg.1.nu.14. 75
Hæres nemo poteſt inſtitui in hæreditate aliena etiam à teſtatore ſciente.l.apud Iul.§.conſtat.ff.de leg.1.nu.2. 76
Hæredis inſtitutio reſpicit principaliter perſonam, quæ redimi non poteſt, nec obligari.d.§.conſtat.ibid.nu.eod. eod.
¶Inducere & inductum. Inducta ad conſeruationem iuris non debent operari contrarium effectum. in l. clam.§. qui ad nundinas. ff.de acq. poſſ.num.24. 90

Inductum fauore in quo differat ab inducto odio.in Auth. ſacramenta pub.C.ſi aduerſus vendi.nu.51. 138

Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem. in l.legata inutiliter.ff.de leg.1.nu.8. 49

Inducta ad fauorem non debent in eius damnum retorqueri, vide in l. cùm filiofa.ff.de leg.1.nu.3.fol.30.& in l.legata inutiliter.e.ti.n.8.49

Inducta ad fideicommiſſum, & ſic ad grauandum inducunt tacitum relictum,in l.ſi pecunia.ff.de leg.1.nu.7. 134

Inducta ad diminutionem,an operentur validitatem, & non augmentum,& quid ſi non poſſunt operari diminutionem niſi prius operentur augmentum.in l.legata inutiliter.ff. de leg.1.nu.8. fol.49. in prin.

inducta ad vnum effectum non debent operari alium effectum contrarium.in l.qui Romæ.ff.de verb.oblig.nu.14. 173

Inducens dolo aliquem ad tranſigendum,non poteſt petere, vt tranſactio reſcindatur ſui doli occaſione,allegat enim turpitudinem ſuam. l.tranſactione.nu.1.C.de tranſactio. 190

Inductum ad cauſandum exceptionem prodeſt etiam ad actio. ff.de iureiur.l.ſi is,qui temporali.§.iuſiurandum.nu.2. 79

inductum ad fauorem operatur onus quando eſt de natura rei,vel quando eſt ei annexum.ff ſol.matr.l.ſi conſtante.nu.69. 39

inducta aliqua ratione ſpeciali, non debẽt induci ad conſequentias. de leg.1.l.ſi domus.§.in pecunia.nu.19. 124

inducta ad pœnam non debent trahi ad premiũ.ff.de re iud.l. intra dies. num.3. 153

inductus ex præſumptione dicitur eſſe palam. ponit exemplum. ff.ſolu. matr.l.ſi fundus.num.2. 28

inducta ad reſtrictionem non debent operari permiſſionem. ff. de verb. oblig.§.cohæres.l.qui Romæ.nu.29. 182

¶Indulgentia ſeu gratia ſecundi homicidij. an valeat nõ facta mentione de primo. vide ſupra in verbo Gratia, & in verbo Homicidium.

indulgentiæ conceſſæ à falſo prælato,qui putabatur verus, non valent. ff.de cond.indeb.l.ſi vrbana.nu.8. 200

indulgentiæ conceſſæ à prælato penitus falſo,qui putabatur verus:operantur ad ſalutem animarum,acſi eſſent conceſſæ à prælato vero. C.ſi contra ius.l.præſcriptione.nu.26.verſ.quòd indulgentiæ. 55

¶Induſtria perſonæ per quæ verba intelligatur electa. in l.1.ff. de offic. eius.num.29. 54

¶Ineſſe & ineſt.Ineſſe actui dicuntur ea, quæ incontinẽti fiũt.ff.de acq. hær.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.nu.22. 92

¶Ineſt verbum,ſignificat proprietatem.ff.de leg.1.l.qui quartã.nu.5.45

¶Ineſtimabile, Ineſtimabilis ad æſtimabile non cadit commenſuratio in l.cùm filiofam.ff.de leg.1.nu.56. 32

¶Infamia an dicatur inferri alicui ei dicendo tu æs ſpurius, vel natus ex concubina.in l.turpia.ff.de leg.1.nu.7.cum ſeq. 97

Infamia iuris non irrogatur ex ſola probatione delicti,niſi ſecuta ſentẽtia,vel confeſſione,in l.ſi is qui temporali.§.ſi cũ.ff.de iureiur.n.5.82

infamis vel vilis ſi deponat de eo, quod ipſe fecit eſt idoneus teſtis ad faciendum ſemiplenam probationem. ff. ſi ex noxa. cauſa.aga.l.1.§.ſi abſens,num.8. 143

infamis an poſſit eſſe tutor. ff.de iuſt.& iur.in rub.nu.18. 2

infamia facti,quæ ſit,& quæ infamia iuris, & qui ſint infames de iure,& qui infames infamia facti.in l.cũctos populos.C.de ſum. Trin.& fid. cath.in 2.lect.nu.44.& 45. 9

An conuentus pro aliquo delicto actione non famoſa deſcendente tamen ex delicto dicatur infamis infamia iuris.ead.l.nu.45. eod.

infamiæ pœna imponitur ipſo iure abſq; alia ſnĩa.ea.l.in 2.lec.n.54. eo.

infamis propter infamiam præteritus, vel exhæredatus in teſtamẽto patris, an habeat querelam inoffi. teſt. & an habeat bonorum poſſeſſionem contra tabulas,& an ius dicendi nullum.l.in arenam.C.de inoffic.teſt.nu.1.3.& 4. 170

An tunc poſſit iudex ex officio talem teſtem repellere vide ibid.

infamis vel turpis perſona ſi inſtituitur hæres in teſtamento, an & quãdo fratres teſtatoris habeant querelam contra ipſum teſtamentum. in l.fratres.C.de inoffi.teſt.per totam.l. 174

¶Filius natus ex ſacerdote eſt infamis de facto, vide in d. l. fratres. num.19. eod.

infamibus portæ principatuum, & dignitatum patere non debent, in proœ.feu.num.129. 243

infamiam incurrit,qui ſupplicat, quod retractetur ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam.l.2.C.vt lit.pen.in fin. 53

infamis infamia iuris quando poſſit eſſe teſtis, & quando non.l.cunctos populos.C.de ſum.Trin.& fid.cath.in 2.lect.nu.43.46.47.48.& 50. 51.52.53.fol.8.& in 1.lect.nu.67.68.69.& 70. 6

¶Infantia. Infans non poteſt exhæredari ex quo non poteſt committere cauſam ingratitudinis, ſed quid ſi ſit doli capax, in l.ſi quis.§.legis autem.C.de inoffi.teſt.nu.3. 177

infans an poſſit legitimari etiam inuitus. in l.eam quam.C. de fideic.nu. 8.fol.205.& in l.poſthumo.C.de bon.poſſ.nu.2. 25

infans ſi careat tutore,an iudex poſſit ſupplere.C. qui admit. l.bonorũ, num.12. 9

infans poteſt emancipari per reſcriptum Principis.C. de bon. poſſ.contratab.l.poſthumo,nu.1.fol.25.& in l.eam quã.C.de fideic.n.9. 205

infans extractus etiam ex ſexto ventre matris ſi ſit præteritus, & in poteſtate patris rumpit teſtamentum, dummodo ſit natus cum ſpiritu. de lib.& poſth.l.qui dicitur.nu.1. 181

infans trium annorum cum auctoritate tutoris non acquirit poſſeſſionem,ſed ſolus tutor.ff.de acq.poſſ.l.1.§.adipiſcimur.nu.17. 58

infans quando dicatur perfecti intellectus.ibid.nu.18.& 19. eod.

infans æquiparatur furioſo, quia non habet intellectum.C.qui admitti ad bon.poſſ.l.infantis.nu.2. 11

infans qui non habet intellectum poteſt ſtipulari rem pupilli ſaluam fore.ff.de verb.oblig.l.ſtipulatio.nu.19. 4

infans non poteſt exhæredari à matre odio mariti ne ad eum bona perueniant, cum poſſit inſtituere filium ſub conditione ſi emancipetur à patre.C.de inoffi.teſt.l.ſi quis in ſuo.§.legis autem.nu.1. 177

infans filius,qui poſt mortem patris non vixit niſi momẽto, an tranſmittat hæreditatem non aditam.C.de legi.l.non tantum.nu.2. 188

Quod autem dicatur momentum ibid.nu.3. eod.

infans ſtipulari non poteſt.ff.de verb.oblig.l.mulier quæ nu.1. 113

infans quocunque modo balbutire poteſt, an poſſit ſtipulari rem ſuam ſaluam.ibid.nu.2.fol.eod.& in l.1.eod.tit.nu.19. 5

infantes & furioſi non poſſunt in ius vocari. ff.de in ius voc.l. in ius vocari.num.11. 110

infanti & furioſo acquiritur ex omnibus cauſis in quibus acquiritur ignorantibus.ff.de acq.poſſ.l.1.§.item acquirimus.nu.24. 61

infantia non eſt vitiũ ſicut eſt furor.ff.de acq.hær.l.is poteſt,nu.55. 81

¶Inferior non poteſt impediri facto ſuperioris. in Auth. quæ ſupplicatio.C.de prec.Impe.offe.nu.3. 49

inferior ſuperiorem volens conuenire debet illi prius denunciare. ff. de reb.cred.l.certi condictio.nu.4. 19

inferior non põt derogare diſpoſitioni ſuperioris, nec cõuẽtionibus priuatorum poteſt derogari iure publico.de leg.1.l.nemo poteſt.n.4.99

inferior ſupremo principi cum cauſa poteſt ius alterius auferre. l. Barbarius.nu.31.ff.de offi.præto. 42

inferior non poteſt legẽ tollere ſuperioris.in l. omnes populi.ff.de iuſt. & iur.num.30. 16

inferior à Principe etiam ſi ſit legatus de Latere non poteſt reſcribere, quòd procedatur ſummariè ſimpliciter,& de plano.C.de prec.Impe. offe.l.reſcripta.nu.3. 50

inferiores à Principe non poſſunt ſtatuta condere ſuper reſeruatis Principi in ſignũ ſupremæ poteſtatis ſupra de legi.l.de quibus.nu.46. 25

¶Infeudare.Infeudatus de caſtro,vel ciuitate cũ iuriſdictione nõ poterit

Source : BIU Cujas

rit condere ſtatuta. ff. de iuriſd. omn. iud. l. imperium. nu. 11. fol. 71. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. nu. 23. 16
infeudans rem duobus, an incidant in pœnam falſi. C. de rei vẽd. l. quoties. num. 49. 184
Reliqua vide ſupra in verbo Feudum, & infra in verbo Vaſſallus.
¶ Infidelis. Infideles ſi ſe ſubmimiſerint alicui regi, intelliguntur in cõſequentiam perſonarum ſubieciſſe omnes eorum ciuitates, & caſtra cum ſuis iuriſdictionib. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccl. nu. 25. 21
Reliqua vide ſupra in verbo Iudæus.
Infinitas eſt euitanda, in l. vt in l. inter diuinũ. C. de ſacroſ. Eccleſ. n. 12. 17. & ſeq. fol. 30. clarius, in l. videamus. §. deferre. ff. de in lit. iuran. num. 7. fol. 146
¶ Infinitum de per ſe, licet ſit adaptabile ad tria tẽpora præſens, præteritum, & futurum, qñ tamen iungitur verbo præſentis temporis. ſ. volo eligere, tũc importat tps p̃ſens. de leg. 1. l. ſerui electione. n. 28. 47
¶ Infirmare & infirmatur, hoc verbũ infirmatur, quid importet. in auth. hoc inter. C. de teſt. nu. 2. 109
infirmare & annullare non eſt facere infectum, imò illud quod eſt, infirmari non poteſt. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. ſi vir vxori. nu. 1. 59
¶ Infirmitas. Infirmus poteſt legata nutu relinquere, ſecus in illo quem nulla infirmitas impediret ad articulatè loquendũ. in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. nu. 38. 14
infirmitas corporis præſtat vacationem ab his munerib. q̃ implẽda ſunt corpore. non q̃ pecunia. C. de tranſac. l. age cum geminato. nu. 2. 95
infirmitas propria ſicut excuſat à contumacia, ita etiam infirmitas ſuorum. ff. in ius voc. vt eant. l. 1. nu. 4. 120
infirmitas excuſat à comparendo. ff. ſi quis cau. l. non exigimus. §. ſi quis iudicio num. 1. fol. 148. ſed quid de infirmitate ſuorum, in l. 1. ff. in ius voc. vt eant. num. 4. 120
infirmus laborans in extremis licet habeat linguam balbutientem propter infirmitatem, poteſt tamẽ facere teſtamentum, & notarius illud licitè ſcribit. C. de teſt. l. quoniam. nu. 3. 102
infirmitas corporis nõ vitiat trãſactionẽ. C. de trãſ. l. ſanũ mẽte. n. j. 109
infirmitas vel impedimentum in perſona iudicis, vel alterius partis non prorogat iudicium ipſo iure, ſed opus eſt, q̃ iudex proroget. ff. ſi quis cau. l. non exigimus. §. ſi quis iudicio. nu. 4. 148
¶ Informatio. Informare, reformare, & transformare, iſti termini qualiter differunt. C. de pact. l. petens. nu 1. cum plu. ſeq. 85
informatio iudicis ſufficit per vehementem opinionem in his quæ ſunt difficilis probationis, ſeu quæ non poſſunt liquidè probari. ff. de verb. oblig. l. in illa ſtipulatione. nu. 19. 43
informare contractum eſt propriè extendere dando nouã formã, ſed nõ tollendo aliquid de præcedenti contractu. ff. ſi cert. pet. l. lecta. n. 1. 87
informare eſt nouam formam dare. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimo. num. 2. 181
informationẽ ſi iudex habuerit ex vehementi quæſtione, ſufficit in omnib. in quib. non poſſunt haberi claræ, & liquidæ probationes. ff. de eden. l. prætor ait. §. prætor ait. nu. 22. 170
¶ Infortunium contingens vni ex coniugibus ſine ſua culpa, debet eſſe commune alterius, niſi agatur de præiudicio dotis. ff. ſol. matr. l. ſi cõſtante. num. 162. 42
¶ Ingratitudo. Ingratitudinis cauſa filiorum eſt probanda cum hodie præſumantur grati, in l. liberi. C. de inoff. teſt. num. 1. fol. 175. & in l. omnimodo. eod. tit. nu. 1. & 6. fol. 176. & qui teſtes admittãtur, an vero admittantur infames, vide in verbo infamis.
ingrata non dicitur filia, quæ colit concordiam maritalem contra matris voluntatem, vel ſi non ſit obediens patri, vel matri in his, quæ illicita ſunt, in l. filia. C. de inoffi. teſt. nu. 1. 172. in fin.
ingratitudo quando præſtet cauſam exhæredationis, vide ſupra in verbo, Exhæreditario, & infra in verbo Ingratitudo.
ingratitudinis cauſa tollitur per ingreſſum religionis. in l. filius à patre. in §. filiusfam. ff. de lib. & poſth. nu. 3. fol. 198. & in Auth. non licet. C. de lib. præt. num. 4. 152
ingratitudinis cauſa an tollitur per furorem ſuperuenientem. C. de lib. præt. exhære. in Auth. non licet. nu. 5. eod.
ingratitudinis cauſæ quæ ſint propter quas poſſint filij exhæredari, & an repellant à ſucceſſione ab inteſtato, in l. fratres. C. de inoffi. teſta. nu. 17. fol. 175. & latius, in l. in arenam. eod. tit. nu. 1. 170
ingratitudo præcedens tollitur per gratitudinem ſuperuenientem, in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. nu. 70. 12
¶ Inhabilitas. De inhabilitate ſuperueniente ex aliquo accidenti nõ eſt curandum, in l. is, qui pro empt. ff. de vſuc. nu. 215. 129
inhabilis an poſſit conſtituere procuratorem nomine ſuo, in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. poſſ. nu. 36. 61
inhabilis an & quando reputetur habilis quando agitur de fauore publico, in l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſ. nu. 10. 13
inhabilis ſi eligeretur ad papatum prout fuit illa fœmina, geſta propter ſolennem electionem, communem errorem, & vtilitatem publicam valeret. ff. de offi. præt. l. Barbarius. nu. 64. 44
inhabilis ſtare in iudicio cenſetur etiã inhabilis ad faciendũ actum per quem prouocat ad iudicium. ff. de ope. nou. nun. l. de pupillo. §. ſeruo. num. 1. 17
Reliqua ſupra in verbo, Incapax.
¶ Inhærere an debeamus verbis ſtatutorum nec aliter interpretari, q̃ ſtatuta loquantur. ff. de iuſt. & iur. l. omnes populi. nu. 11. 15
¶ Inhibitio principaliter tendit ad tuendum appellantem ne grauetur. ff. de re iud. l. quod iuſſit. nu. 52. 159
inhibitoria quæ ſit iudici ſeculari per iudicem eccleſiaſticum, an teneat parte non citata. l. ſi opus nouum. nu. 6. ff. de ope. nou. nun. fol. 43. & in l. nec quicquam. de off. procon. nu. 30. 47
¶ Inimicitia. Inimicitiæ exceptio oppoſita contra teſtem debet in ſpecie probari cum eius qualitate, aliàs non valet. in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. num. 13. 68
inimicus præſumitur, qui contrahit amicitiam cum inimicis, in l. liberi. C. de inoffi. teſt. nu. 2. 175
inimici duo ſi fecerunt pacẽ adinuicem, & promiſerunt ſe non offendere ſub pœna certa applicanda Eccleſiæ, & deinde rupta pace reconſiliati ſunt, & remiſerunt omnem iniuriam, & omnẽ pœnã, an per hoc tollatur pœna quæſita Eccleſiæ, in l. 2. C. de iure emphy. n. 155. 213
inimicitia contrahitur etiam ex verbalibus iniurijs, in l. procuratoribus. C. de proc. nu. 5. 131
inimicitia grauis ſeu capitalis non dicitur quando liberta recuſauit eſſe concubina patroni, in l. ſi filiam. C. de inoffi. teſt. nu. 2. 172
inimicitia non mihi põt imputari qñ culpa mea non prouenit, ibi. nu. 1.
inimicitiæ ſuperuenientes inter teſtatorẽ, & legatariũ niſi teſtatoris culpa proceſſerint reuocant legatum. ibid. nu. 2. fol. eo. & in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. nu. 3. fol. 178. & quid in inſtitutione. ibid. 178
inimicitia qualiter probetur. C. de inoffi. teſt. l. liberi. nu. 2. 175
inimicitia ſuperueniens, an & quando repellat teſtem. C. de inoffi. teſt. l. ſi filiam tuam. nu. 3. & in verbo teſtis. fol. 172
inimici duo ſi pacem fecerint adinuicẽ, & promiſerint ſe non offendere ſub pœna certa, nã offendendo conſanguineũ incidunt in pœnã ſicut offenderunt illũ, qui pacem fecit. ff. in ius voc. vt eant. l. 1. num. 6. fol. 120. & in l. de pupillo. §. ſi qs ipſi prætori. ff. de nou. ope. nun. n. 13. 21
inimicus fratris mei, an ſit mihi inimicus. in l. ſi ita ſtip. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. nu. 52. 201
inimici duo ſi fecerunt pacem adinuicem, & promiſerunt ſe non offendere ſub pœna ſi vnus primo offendat incidit in pœnam, alius poſtea poteſt impune offendere. l. cùm proponas. nu. 3. C. de pact. 80
An autem liceat pœnam petere. ibid. nu. 8.
inimicitiæ etiam non capitales ſufficiunt ad reuocandum procuratorẽ. C. de proc. l. procuratorib. nu. 3. 131
inimicitiæ capitales, quæ dicantur, ibid. nu. 4. fol. eod. & in l. Titia. ff. de verb. oblig. num. 13. 214
inimici ſi duo ſint adinuicem, q̃ arbiter poteſt prohibere ne vnus vadat ad contratam alterius, nec alius ad aliam alterius. l. curatores. nu. 9 ff. de offi. proc. Cæſa. 51
¶ Iniquum æquo preferre non debet ille in cuius volũtate aliquid cõmittitur. ff. ſol. matr. l. ſol. matr. §. voluntatem autem. nu. 9. 13
¶ Initium. Initio ſi lex reſiſtat non attenditur futurum tempus, in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. nu. 36. 202
initium & origo nanſciſcendæ poſſe. & non retinendæ eſt acquirenda. in l. is, qui pro empto. ff. de vſuc. nu. 52. 120
initium conſideratur in rebus dotalibus licet exitus ſequatur, in l. ſi cõſtante. ff. ſol. matr. nu. 142. 42
initium ſpectandum eſt in delictis. in l. more. ff. de iur. omn. iud. n. 22. 79
¶ Iniuria. Paſſus plures iniurias ſimul poteſt agere pro vna tãtum, in l. age. C. de tranſact. nu. 14. 95
iniurioſum verbum non vitiat conſtitutio. proc. nec hæredis inſtitutionem, in l. ſi quis in fundi. ff. de leg. 1. nu. 20. 13
iniurioſa verba, quæ dicantur, in l. turpia. ff. de leg. 1. nu. 7. 97
iniuriarum actione agi poteſt contra illum, qui dixit, plus valet minimus pilus equi mei quàm capilli tui. ibid. nu. 8.
iniuriarum tenetur, qui alicui dicit, quod vxor eius commiſit adulterium, vel quod ipſe ſit rauaglioſus. ibid. nu. 9.
iniurioſa verba ſi quis dicat alicui, quæ tamen in eo non ſunt vera, ſed benè in ſocio, qui ſecum erat, an ille ſocius poterit agere iniuriarum licet verba directa ſint ad alium. ibid.
iniuriarum remiſſio facta in foro conſcientiæ apud confeſſorẽ non operatur in foro contentioſo quin agi poſſit in foro actione iniuriarum ad vindictam niſi fecerit plenam remiſſionẽ, in l. huiuſmodi. §. ẽdes. ff. de leg. 1. num. 8. 144
iniuria ſeu cõtumelia, & delictum poſſunt fieri in teſt. & tamen per hoc non vitiatur teſt. in l 3. ff. de lib. & poſth. nu. 8. 164
iniuria quando dicatur ſublata per reconciliationem, in l. filio quem pater. ff. de lib. & poſth. nu. 4. 192
iniuria dicitur fieri filio quando non vocatur titulo honorabili, in l. Gallus. ff. de lib. & poſth. nu. 36. 200
iniuria eſt maior, quæ fit cum plu. quàm cum vno. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de lib. & poſth. nu. 13. 215
iniuria præſumitur remiſſa per ſeruitia facta. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. num. 69. 12

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

Iniuriam an possim quasi repellendo iniuriam dicere, in l. vt vim. ff. de iust. & iur. num. 36. 7

Iniuriarum actio extinguitur tribus modis, in l. si eum. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. nu. 8. 155

Iniuriarum actio non est in bonis nostris. ibid. nu. 4. eod.

Iniuriarum actio non transit ad hæredem nec contra hęredē. ibi. n. 3. eo.

Iniuriarum actio an sit perempta ex eo, ꝙ quis sacerdoti in confessione remittat omnes iniurias, in l. si tibi. §. quædam. ff. de pact. nu. 2. 190

Iniuria facta vni de domo, an intelligatur facta toti consanguinitati, vel casatæ, & idem si vni fratri, vel vni consorti, vel vni de agnatione, in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. nu. 33. cum seq. 201

Iniuria quæ fit in omnia bona, vel in maiorem partem bonorum dicitur fieri in personam. in l. Titia. ff. de verb. oblig. nu. 13. 214

De iniuria facta domino feudi. supra in verbo Feudum, & infra in verbo Vassallus.

Iniuria non debet transire sine vindicta, aliàs esset verecundia. l. pactum curatoris. nu. 5. C. de pact. 84

Iniuriosa verba dicuntur si quis dicat alicui latro, gladiator, & fur, licet proferantur in genere, nec veram speciem maleficij contineant, in l. & si pepercerit. ff. de lib. & posth. nu. 6. 164

Iniuriarum actio dicitur competere ad vindictam illatam, in l. pro hærede. §. si sepulchri. ff. de acq. hær. nu. 3. 86

Iniuriam qui remittit tacitè, vel expresse nō per hoc intelligitur remissiuè damna. ff. de pact. l. 1. nu. 16. 174

Iniuriosa ista verba sunt tu es natus ex adulterio, vel tu es natus ex monacho, vel tu es spurius, & similia. ff. de lib. & posth. l. & si pepercerit. nu. 7. fol. 164

Iniuria facta consanguineo meo censetur facta mihi ipsi. ff. in ius voc. vt eant. l. 1. nu. 7. 120

Iniuria sit defuncto per stuprum commissum per vxorem suā. C. de fideicom. l. fideicommissum. nu. 2. 211

Iniuriarum actione non teneor si contra testes cōtra me productos opponam, ꝙ sint infames criminosi, & ribaldi, dato, ꝙ non probem. in l. illud eleganter. nu. 2. ff. quod quisque iur. 101

Iniuriarum actione agitur contra dicentem mentiris, licet dixerit saluo honore tuo. l. illud eleganter. n. 3. ff. ꝙ quisque iur. fol. eod. & in l. turpia. ff. de leg. 1. nu. 11. fol. 98. secus tñ si dicat tu non dicis verū. ibi. & in l. si qs extra. ff. de acq. hęr. n. 10. fol. 87. & in l. vt vim. ff. de iust. & iur. n. 37. fol. 7. & in l. non solùm. §. morte. ff. de nou. ope. nun. nu. 47. 34

Iniurianti rancorem remittere quilibet in confessione tenetur, sed non satisfactionem. ff. de pact. l. si tibi decem. §. quædam. nu. 3. 190

Iniuriosa verba si quis mihi dicat, an possim ei dicere mentiris. l. illud eleganter. nu. 5. ff. quod quisque iur. 101

Iniuria an sit si quis alicui dicat, Tædet me quod fuerit, condemnatus de falso, vel aliquo alio delicto. ff. de leg. 1. l. turpia. nu. 11. fol. 98. & in l. illud eleganter. ff. quod quisque iur. nu. 4. fol. 101. & in l. si quis extra. ff. de acq. hær. nu. 9. 87

Iniuria dicitur grauissima. cedere aliquem flagellis. ff. de in ius voc. l. in ius vocati. §. prætor ait. nu. 3. 110

Iniuria dicitur atrocissima qñ sequitur mutilatio membri. ibi. n. 3. eod.

Iniuria non fit volenti. ff. de in ius voc. l. quamuis. nu. 10. fol. 112. & in l. cùm donatio. C. de transs. nu. 2. fol. 114. & in l. cùm filium. C. de inoffi. test. nu. 1. fol. 171

Iniuria est diffamare aliquem de paupertate cum sit diues, & pōt agere actione iniuriarum. ff. qui satisd. cog. l. si vero. §. qui pro rei. nu. 5. 130

¶ Iniustum de iniusta causa supra in verbo Causa.

¶ Innocentia condemnati facit differre executionē, in l. debitoribus. ff. de re iud. n. 11. fol. 175. & s. in verb. Executio, & in verbo Cōdēnatus.

¶ In obedientia, vide supra in verbo Contumacia.

¶ Inopia, inops dicitur, qui nihil habet, in l. si constante. ff. fol. matr. nu 163. cum seq. 42

Inopia debitoris mittitur creditor in possessionē iuriū superioritatis iurisd. emphy. & feudi. in l. pro hr̄de. §. si quid tñ. ff. de acq. hær. n. 17. 85

Inopia mariti, & soceri æquiparantur quo ad repetendam dotem, in l. si constante. ff. fol. matr. nu. 44. 37

Inopia vnius, an noceat alteri ibid nu. 43.

Inopia mariti nocet vxori quando à principio d edit ei dotem non ignorando eius inopiam. ibid. nu. 172. 43

Inopia simplex mariti non sufficit ad hoc vt dos possit repeti constante matrimonio, sed requiritur, quod sit euidentissima, & notoria. ff. fol. matr. l. si constante. nu. 12. 36

Inopiam mariti nō sufficit probare per testes, sed requiritur, ꝙ testes expresse dicant, quod manifestum est maritum esse inopem. ibid. n. 13.

Reliqua infra in verbo Paupertas.

¶ Inquietatio. Hoc verbum, quid importet, in l. si domus. §. in pec. ff. de leg. 1. num. 4. 123

¶ Inquilinus, an possit statim expelli à locatione cum cessat soluere, in Auth. qui rem. C. de sacrosan. Eccles. nu. 12. cum seq. 28

Inquilinus vel conductor non potest nuntiare nouum opus etiam procuratorio nomine domini. ff. de nou. ope. nun. l. in prouincali. §. si ego superficiarius. nu. 8. 15

Reliqua supra in verbo, Conductor.

¶ Inquisitio. Inquisitionis copia articulorum, & iudiciorum debet dari reo. C. de edendo. in l. is apud quem. nu. 5. 61

Inquisitorum mandatum non extinguitur re integra per mortem mandantis, in l. more. ff. de iurisd. omn. iud. nu. 10. 79

Inquirere non potest potestas non precedente fama, dato, ꝙ à statuto sit sibi data potestas libere inquirendi, in criminalibus. in l. 1. nu. 6. C. de sacrosan. Eccles. fol. 13. l. 1. nu. 6. C. de sacrosan. Eccles. fol. 13

Inquirere qñ quis tenetur ratione officij sui tunc prę sumitur illud scire, nec tolleratur ignorantia. ff. de leg. 1. l. si res obligata, nu. 35. 111

Inquisitores hæreticæ prauitatis non possunt se intromittere de diuinationibus & sortiligijs, quæ non sapiunt hæresim manifestam. l. huiusmodi. §. si is cui. ff. de leg. 1. nu. 18. 153

Inquisitus capitulauit, & probauit, ꝙ occidit, vel vulnerauit ad suā defensionem, an sufficiat, an vero requiratur, ꝙ capitulet, & probet, ꝙ fecit ad defensionem necessariam. ff. de iust. & iur. l. vt vim. nu. 3. 5

Inquisitio contra aliquem de delicto si sit formata per iudicem propter famam, & pendente inquisitione superueniat fama cōtraria, non per hoc tollitur inquisitio iam formata, sed benè impeditur poni ad torturam. ff. de acq. hær. l. is potest. nu. 76. 82

Inquisitor hæreticæ prauitatis, qui aliquem condemnauit de hęresi, & postea tradidit eum iudici sæculari puniendum, an iudex secularis antequam puniat debeat denuo cognoscere. l. magistratibus. num. 10. ff. de iurisd. omn. iud. 88

Inquisitor an possit per se condemnare hæreticum, in verbo Hęreticus. insignia principis ponens supra parietē domus suæ, vel possessionis suæ, vt nemo audeat sibi litem mouere qualiter punitur. C. vt nemo priuat super rub. nu. 1. 134

¶ Insinuatio si statutum requirat, ꝙ intra sex mēses donatio insinuetur, an in tali insinuatione requiratur citatio partis, in l. 1. num. 1. C. quādo. lib. principi dat. 52

Insinuatio an requiratur quando creditor fecerit debitori suo pactum de non petendo, & debitum esset aureorum quingentorum, in l. creditori. C. de pact. num. 3. 74

Insinuatio testamenti vbi requiritur à statuto si non fiat, irritatur testamentum, in l. nemo potest. in 2. lect. ff. de leg. 1. nu. 76. 103

Insinuatio quæ debet fieri de testamento, an noceat substituto, & fideic. in l. is potest. ff. de acq hær. nu. 52. cum seq. 81

Insinuatio testamenti, quæ debet fieri coram magistro cēsus, debet fieri gratis, nisi hęreditas sit vltra centum aureos, & insinuatio facta coram incompetenti iudice ecclesiastico, vel sæculari, est ipso iure nulla nisi postea fiat coram iudice competenti. C. de test. l. hac consultissima. in prin. 106

Insinuatio donationis debet fieri corā iudice, nec sufficit eā fieri coram notario, & testibus. C. qui admit. ad bon. pos. l. vt verborū. n. 3. & 5. 16

Insinuatio donationis non præsumitur ex possessione longi tēporis facta coram iudice. ff. de acq. hær. l. qui aliena. nu. 46. 62

Insinuatio alicuius testamenti, vel donationis, quando fit coram iudice non est necesse, quod iudex aliquid dicat, vel faciat, sed sufficit, quod eo præsente fiat scriptura in actis. C. de test. l. omnium. nu. 4. 104

¶ Insolidum quando quis dicatur obligatus, in l. si se non obtulit. ff. de re iud. num. 27. 144

Insolidum quando quis dicitur obligatus non prouenit ex natura actionis obligationis, sed quia ita expresse actum fuit, in l. miles. §. 1. de re iud. num. 3. 151

Insolidum possidere, &c. infra in verbo Possessio.

¶ Insolitum. Insolita non intelliguntur concessa in generali concessione facta Episcopo. ff si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. n. 35. 151

¶ Insolutum datio, similis est venditioni. in l. cætera. §. sed si parauerit. ff. de leg. 1. nu. 10. 81

Insolutum datio facta creditori simpliciter, an valeat si dictum non fuit pro tali pretio, in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. nu. 8. 164

Inspectio seu inspicere verbum refertur ad occulos corporis, in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. nu. 65. 192

Inspici an debeat, quod euenire potest. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. num. 28. 134

Inspicitur illud quod reperitur tempore mortis testatoris in omni vniuersali legato. ff. fol. matr. l. fructus. nu. 11. 19

Inspici non debet, quod euenire potest, quando præsens ad hoc non tēdit. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. nu. 5. 132

¶ Instantia. Instantię trāslatio de vna persona ad aliam quot modis fiat. in l. 1. in 2. lect. ff. ad Trebell. nu. 10. & in l. 1. nu. 8. 193

Instantia perempta durat adhuc vitium litigiosi, in l. is apud quem. C. de eden. num. 19. 62. in prin.

Instantia causarum ciuilium durat triennio. in l. properādum. C. de iud. nu. 2. sed quid si alter ex litigantibus per subterfugia causam protelauerit. nu. 2. & 32. & quid in causa nun. nou. ope. in interdicto de glan de legenda. nu. 17. & quid si officium in ciuitate non duraret nisi per vnum mensem, & litigaretur de illo officio. eo. nu. 148

Instantia triennalis, an possit durare breuiori tempore. ibid nu. 19.

Instantia triennij si labatur ex negligentia iud. qualiter puniatur iudex

an

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

an instantia pereat,& an requiratur protestatio, in l.properandum.§. sinautem.C.de iud.nu.1.cum plu.seq. 151
Instantia perempta,an duret ius agendi de nouo, in l.properandum.§. illud.C.de iud.num.4. 155
Instantia causarum criminalium quanto tempore duret, in l.properandum.C.de iud.nu.1.fol.148.& in l.1.ff.fol.matr.nu. 20.fol.4. & quid si talis causa sit cum clerico.in d.l.properandum.nu.1. eod.
Instantiam an habeant causæ executiuæ, puta quando instrumenta haberẽt executionem paratam,vel forma statutorum, vel de iure communi,in l.properandum.C.de iud.nu.8. 148
Instantiam triennalem,an habeant causæ summariæ.ibid.nu.9.
Instantia statuti est subrogata loco instantię iuris communis.ibid.num. 25.& ideo si statutum disponat, quod causæ ciuiles terminentur intra 40.dies,intelligitur instantia incipere à tempore litis contestatæ, in d.l.properandum.§.& si quidem.nu.1. 149
Instantia peremptoria omnia acta iudicij corruunt, in l.properandum. C.de iud.nu. 25.& sententia lata de consensu partium qua pronuntiatum fuit superesse de instantia cum non supersit non valet, & potest etiam sine appellatione retractari.ibid. num.19.& 21.sed quid si partes promitterent sub pœna,vel cum iuramento.nu.21. 149
Instantia litis debet fieri intra triennium, fallit multis modis.C. de iud. l.properandum.nu.19. eo.
Instantia vbi est tota breuis,ibi oportet,& singula eius membra esse breuiora.ibid.nu.17. eod.
Instantia triennalis est inducta fauore publico, ideo non pŏt prorogari consensu partiũ.ibi.nu.19.& 24.sed an per viam cõpromissi. nu. 22.
Instantia est exercitatio iudicij incipiens à lite contestata vsque ad sententiam,vel vsque ad finẽ triennij.l.postquam.nu.10.C.de pact. 74
Instantia triennalis,an sit inducta ob vtilitatem publicam principalem, an vero secundario.ff.fol.matr.l.1.nu.41. 8
Instantia dotis licet non pereat biennio,tamen quia causa est fauorabilis abbreuiantur dilationes.ff.fol.matr.l.1.nu.21. 6
Instantia iudicij inchoati cum defuncto transit in fideicom. cui restituta est hæreditas, secus si cum hærede. nam non transiret in fideicom. ff.ad Senatusconsul.Trebell.l.1.nu.8. 193
Instantia triennij habet locũ corã quocunq; iudice, siue ordinario, siue delegato,& quid in arbitro.C.de iud.l.properandum.nu.13. 148
Instantia triennij incipit currere à tempore litis contestatæ. C. de iud.l. properandum.nu.5.fol.eod.& §.& si quidem.eiusdem.l.nu.1. 150
Instantia non est danda in his, quæ eueniunt ante litem contestatam, & sic non est danda peremptio instantiæ.ibid.nu.7.
Instantia litis quando incipit currere in his,in quibus lis non contestatur,ibid.nu.7.
Instantia non potest prorogari, etiam si partes promitterent nõ allegare,q̃ instantia sit perempta, sed quid de cõsuetudine.C.de iud.l.properandum.num.19 & 24. 149
Instantia breuior quàm triennalis per statutum inducta,an potest prorogari partium consensu,licet non instantia iuris communis.ibid.n.25.
Instantia an sit limitata de iure canonico. C.de iud.l. properandum.nu. 31.& 32.fol.eod.& in l.si fideiussor.§. si satisdatum.ff. qui satisd. cog. nu.22.fol.116.sed quid in causa appel.l.properandum.nu.27. eod.
Instantia licet sit perempta, iudex tñ potest adhuc declarare instantiam peremptã, & condemnare in expensis illam partẽ cuius causa instantia perijt.C.de iud.l.properandum.§.illo proculdubio.nu.6. 155
Instan.finita an testes producti in nouo iudicio probent.ibi. co.n.fol.e.
¶Institor,obligat ex cõtractu domini.in l.institorẽ.ff.si cer.pet.n.2. 50
Institor nedum verus, sed etiã ille,qui se gerit pro institore obligat dominum.ibid.nu.eod.
Institor si in literis confiteatur se pecuniam, vel res recipisse,an sit obligatus.ibid.nu.eod.
Institor est ille, qui negotiationẽ vniuersalem, & quæstuariam in terris exercet,siue sit seruus,siue sit liber.ff.si cert.pet.l.institorem,nu.2. 50
¶Institutio an possit fieri in re aliena, in Auth. nouissima. C. de inoffi. test.nu.56.fol. 168. & qd si institutus sit filius an censeatur præteritus,& quid si sit res propria filij in qua fuit institutus, in l. scimus.eo. titu.num.3. 180
Institutio directa facta in testamento de filio suo nõ potest adimi in codicillis,in l.omnimodo.C.de inoffi.test.nu.9. 176
Institutionis solennitas non potest omitti ex priuilegio testandi cõcesso habili, in l.si quando.C.de inoffi.test.nu.3. 178
Institutionis titulus est honorabilior cęteris.in Auth.nouissi.C.de inoff ic.test.num. 13.& an valeat testamentum, & relinquatur filio aliqua res titulo institutionis. ibid. nu.25. & quid in testamento condito à patre inter liberos.nu.16.& quid si pater relinquat filio decem, iure substitutionis cum deberet dicere institutionis.nu.34. & quid si relinquat tit.fideicom.vniuersalis.nu.27. 166
Institutionem an & quando importet verbum relinquo.ibid. num.36.& quid de verbo distribuit.nu.26. eo.
Institutionis titulo clausulam,an possit sapiens addere post mortem testatoris, vt testamentum valeat quando testator in suo testamento reliquisset filiæ centum simpliciter,& postea mandauit, quòd tale testamentum debeat aptari,&.ordinari ad consilium sapientis in d. Auth. nouissima.C.de inoffi.test.nu.34. 166
Instit. filius à patre,an tanquam præteritus rumpat testamentum patris. in l.si quando.§.& generaliter.C.de inoffi.test.nu.8. 179
Instituo verbum,& verbum hæres esto,sunt verba directa, substituo verbum,& verbum relinquo,est verbum commune.ff.de vulg.& pupil. substit.l.Centurio.num.62. 130.in fin.
Instituo verbum,conuenit substitutioni.ff.de lib.& posth. l.Gallus.nu. 28.fol.200.& in §.quidam rectè.nu.9. 203
Institutio verbum, est genus, quia comprehendit sub se non solùm institutiones primas,sed etiam secundas,& tertias.ibid.nu.29. eo.
Instituo verbum,est directum,& ciuile,nec potest obliquari, nec comprehendere fideicommissarias substitutiones.ibid.nu.30.fol. eod. & in l.si primo.eod.tit.nu.16. 174
Instituo verbum,trahitur ad directam substitutionem.ff.de vulg. & pupil.substit.l.si pater.nu.8. 117
Institutio facta de extraneo nõ vitiatur per arrogationem superueniẽtem.ff.de lib.& posth.l.filio quem pater §.si Titius.nu.1. 193
Institutio facta ad pias causas nedum sustinetur cũ duobus testibus, sed etiam relicta facta in testamento personis merè laicis.l.1.nu. 19.C.de sacrosan.Eccles. 13
institutio & legatum qualiter differunt quo ad suos effectus. C. de hęredi.inst.l.extraneum.nu.2. 122
institutio facta de parte animo compensandi cum toto debito, an extinguat totum debitum,in l.si compensandi.nu.1.C.de hær.inst. 121
institutio hær. an possit fieri per relationem ad certum, & quid in legato.l.ait prætor.§.1.de re iud.nu.3. 149
institutio filij ignominiosa an valeat.C.de hær.inst.l. si pater tuus.nu.6. fol.121.& in l. si quis in fundi.voc.ff. de leg. 1.nu.13.& 16. fol.13.& magis latè,in l.3.ff.de lib.& posth.nu.3.4.& 13.cum plu.seq. 168
institutus filius in certa re, habetur loco legatarij nisi quantum ad hoc, vt non dicatur præteritus,in l.quoties.C.de hær.inst.nu.5. 123
institutio an valeat si sit institutus filius pro parte, & cohĩs domus post mortem filij.in l.filius.ff.de lib.& posth.nu.8. 136
institutio si sit facta quando quis morietur,an adiectio temporis reijciatur,& institutio remaneat pura.C.de hær.inst.l.extraneum.nu.4. 123
institutio facta vsque ad certum tempus quare valeat.ibid.nu.5.
institutio collata in vnum casum, refertur ad alium sibi similem. C. de inst.& substit.sub cond.fac.l.si mater.nu.1. 128
institutiones factæ in testamento in quot species diuiduntur, hanc diuisionem benè nota.C.de lib.præte.vel exhære.Auth.ex causa.n.9. 155
institutio facta de deportato est ipso iure nulla.ff.de acq. hæred.l.si quis mihi bona.§.seruus municipium.nu.6. 90
institutio si non sit in testamento, an testamentum valeat. ff.de vulg. & pupil.l.hæredes autem.§.substituere.nu.4. 102
institutio facta de vẽtre vxoris prout tota die fit, deinde ex vxore plures filios habuit diuersis temporibus an omnes censentur instituti. l.placet.nu.6.& 21.vbi plura in ista materia ponit.ff.de lib.& posth. 168
institutio an trahatur ad quemcunque nasciturum etiam diuerso tempore,& etiam ex diuerso ventre.l.placet.nu.7. eod.
institutio facta ab illo,qui est in sacris constitutus, quomodo intelligatur.l.si quis posthumos.nu.8.ff.de lib.& posth. 174
Item filia instituta in mille si nasceretur, & matrimonium contraheret, & si nasceretur,& religionem ingrederetur in 500.pone neutrum facit, sed vult in domo stare seruans tertium ordinem Sancti Francisci,an tanquam præter ita rumpit testamentum. l. commodissimè. ff. de lib.& posth.nu.13. 178
instituendo alium quàm filium videtur pater priuare in consequentiã.l. in suis.nu.35.ff.de lib.& posth. 179
instit.facta de filio in legitima potest pater in residuo extraneũ instituere,ita q̃ non est necesse filium exhæredari à residuo.ibid.nu.37.
institutio facta in certa re non trahit se ad aliam per ius accrescendi. in l.si filius hæres.ff.de lib.& posth.num.48.fol. 188. & in l. cùm quidã. num.9.eod.titu. 190
institutio tacita fit in tota hæreditate non in parte.l.Gallus.nu. 39.in fi. ff.de lib.& posth. 200
institutio facta per ista verba, si filius meus me viuo morietur, an sint conditionalia, & an faciant, vt filius sit ex testamento institutus, vel tacitè vocatus ab intestato.l. Gallus.num.42.& 44.fol. 260.& ead.l. §.in omnib.num.1. 222
institutio facta de filio, & nepote intelligitut facta ordine successiuo.l. Gallus.§.quidam rectè.num. 16. & ibi ponit quando plures personæ simul copulentur,inter quas non cadit ordo charitatis, sed solum necessitatis. 204
institutio filij, & nepotis simul facta valet iure fforum.l. Gallus. §. quidam rectè.ff.de lib.& posth.nu.20. eod.
institutio facta de extraneo, & eius filijs an sint vocati ordine successiuo.ibid.num.26.
institutio facta sub termino vniuersali, puta, familiæ,admittitur ordine successiuo.ibid.nu.25.
institutio facta sub nomine collectiuo, puta substituo fratrem, & eius liberos

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

liberos ſunt vocati ordine ſucceſſiuo.eod.§.nu.26.& 17. quid ſi dicat eius filios hæredes,quia videtur, quòd intellexit poſt eius mortẽ propter verbum hæredes,& ſic ordine ſucceſſ. eod.§.num. 35. & 38. vbi de euictione hæred. eod.

Inſtitutio facta de filio in aliqua parte de iure fforũ valebat. ead.l. Gallus ff.de lib.& poſth §.in omnib.nu.5.ſecus in iure auctenticorũ.222

In inſtitutione hæredis, an debet inſpici tempus teſtamenti. ead. l. §. nunc de l. Velleia.nu.4. 223.in prin.

Inſtitutio eſt facta de filio in parte, in alia dato ſibi cohærede, deinde nepos exhæredatus mortuo filio, & nepote ſubſtituto, pronepos an admittatur ex ſubſtitutione,ead.l.§ etiam ſi parente.nu.7. 224

Inſtitutio inutiliter facta de filio, vel nepote pro præterito habetur. itẽ in exhæredatione inutiliter facta.ead.l.§.ille caſus.nu.3. 227

Inſtitutio non vitiatur per mutationem hæredis de ſuo in ſuum, ſecus de capace in non capacem.ead.l.§.ille caſus.nu.14. eod.

Inſtitutio non vitiatur licet qualitas inſtitutionis mutetur circa perſonam.l.filio quem pater.§.ſi Titius.nu.1.ff.de lib.& poſth. 193

Inſtitutio generalis facta de omnibus filijs non comprehendit illũ quẽ teſtator credebat deceſſiſſe.l.Titius.nu.17.ff.de lib.& poſth. 194

Inſtitutio facta de extraneo tanquã de filio,vel tanquam de cõſuet.probato errore eſt nulla.in l.ſi poſt.§.ſi quis ita.ff.de lib.& poſth.n.4. 184

Inſtitutio facta de filio,intelligitur de illo quẽ teſtator veriſimiliter inſtituiſſet ſi ſciuiſſet eũ habere.l.Titius.ff.de lib.& poſth.n.19. 194

Inſtitutio filiorum non tendit in grauamen alicuius, ſed in ea verſatur publica vtilitas.in d.l.Titius.nu.10.in fin. eod.

Inſtitutio facta ſecundũ legẽ ſi quis hæres ita inſtituatur ſi filius meus nolit eſſe hæres, vel nolit hæreditatem meam vindicare talem inſtituo.an valeat teſtamentum.in l.Gallus.ff.de lib.& poſth.nu.35. 200

Inſtitutio tacita dicitur ſi pater prefert filium nepoti ſubſtituto,quia videtur velle eum ab inteſtato ſuccedere.ibid.nu.37.& 38.

Inſtitutio facta de ſeruo pœnæ,& deportato, an habeatur pro non ſcripta,& an filius admittatur.l.ſi qs mihi bona.§.1.nu.1.ff.de acq.hęr.90

Inſtitutio eſt titulus non ſolùm honorabilis, ſed vtilis propter ius accreſcendi.in rub.ff.ſol.matr.nu.32. 4

Inſtitutio facta copulatiuè inter perſonas copulatas diuerſis gradib. ab inteſtato conſideratis intelligitur facta cum ordine charitatis, in l. Gallus.§.quidam.ff.de lib.& poſth.nu.13. 204

Inſtitutio facta copulatiuè inter perſonas copulatas diuerſis gradibus ſi fiat per dictionem cum, an debeat intelligi ſeruato ordine charitatis.ibid.num.14.

Inſtitutio copulatiuè facta,& inter perſonas inter quas cadere ſolet ordo charitatis, & affectionis concurrente neceſſitate ſaltem cauſatiua. velut quando inſtituuntur filius,& nepos, nunquid ſucceſſiuè neceſſario intelligi debeat.ibid.nu.15.

Inſtitutio facta copulatiuè inter perſonas inter quas tantum cadit ordo charitatis,& affectionis ſine neceſſitate inſtituendi ex parte teſtatoris, an intelligitur facta ordine ſucceſſio.ibid.nu.10.

Inſtitutio facta copulatiuè patre, & filio perſonis extraneis ab ipſo teſtatore,intelligitur facta æqualiter eodem tempore vocando ambos hæredes,& non ordine ſucceſſiuo.ibid.nu.11.

Inſtitutio extraneorum facta his verbis.inſtituo Titium extraneum, & eius filios an intelligi debeat ordine ſucceſſiuo.ibid.nu.20.

Inſtitutio facta ordine conuerſo,quomodo debeat intelligi. ibid.nu.21.

Inſtitutio & etiam aditio coacta confirmat tabulas pupillares, acſi eſſet ſponte facta,in l.moribus.§.interdum.ff.de vulg.& pup.nu.2. 108

Inſtitutio cẽſetur in totum repetita à ſubſtituto ſi fuerit ſimpliciter facta expreſſis omnib. proprijs hæredum.l. ſi teſtamento. ff. de vulg. & pupil.num.7. 112

Inſtitutio conditionalis, an requirat habilitatem inſtituti trib. tẽporib. ſcilicet tempore conditi teſtamenti.tempore mortis teſtatoris,& medio tempore.in l.ſi is,qui hæres.ff.de vulg.& pupil.nu.2. 119

Inſtitutio tacita,an ſatisfaciat legi requirenti filium debere inſtitui.in l. ſi pater.la 2.ff.de vulg.& pupil.nu.2. 135

Inſtitutio & ſubſtitutio non differunt actualiter, ſed quo ad gradum ſolum modo.ff.de acq.hær.l.ſi quis mihi bona.§.coram.nu.8. 94

Inſtitutio facta de naſcituro ex certa vxore non comprehenditur natũ ex altera.ff.de lib.& poſth.l.filius à patre.§.ſi quis ex certa.nu.1. 198

Inſtitutio prima quando eſt plenior quàm ſecunda de eodem attenditur prima,& non poſterior.ff.de lib.& poſth.l.ſi filium.nu.2. 191

Inſtitutio vel ſubſtitutio, quæ non potuit valere à principio, nec valuit nec valere potuit,vt directa,nunquid valet vt fideicom. ff.de vulg.& pupil.ſubſt.l.verbis ciuilibus.nu.19. 114

Inſtitutio vna quando non poteſt ſuſtineri niſi alia præcedat, non per hoc videtur alia præcedere.ff.de lib.& poſth.l.Gallus.nu.46. 201

Inſtitutio hæredis eſt caput teſtamenti, ita etiam ſubſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio.ff.de leg.1.in rub.nu.14. 2

Inſtitutio incertæ perſonæ declarandæ poſt mortem teſtatoris valet, & tenet.ff.de lib.& poſth.l.Gallus.§.inſtituens.nu.4. 241

Inſtitutio non reuocatur propter inimicitias, quæ ſuperuenerunt poſt teſtamentum inter hæredem, & teſtatorem nec ipſo iure nec in effectu,& quid in legatis.C.de his quib.vt indig.l.hæreditas.nu.3. 178

Inſtituens hæredem hoc modo, videlicet inſtituo iſtũ hæredẽ data eius præſentia coram notario,vel teſtibus nunqd dicatur teſtibus nomina hæredum exprimere.l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.1.nu.40. 14

Inſtitutio hæredum facta ex partib.quas teſtator aſcripſit in preteritum ſi nullæ partes ſint aſcriptæ inſtitutio eſt nulla, ſi teſtator vtatur verbo futuri temporis quas aſcripſero. l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg.1.num.21. 21

Inſtitutio hæredis poteſt fieri per omne verbum per q̃ appareat mens teſtatoris.l.cùm filiofam.ff.de leg.1.nu.8. 31

Inſtituens filiumfam. vel ſeruum alienum vult tacitè, quòd hæreditas perueniat ad patrem,vel dominum.ibid.nu.38. eod.

Inſtitutiones facilius interpretantur quàm legata, in l. qui quartam.ff. de leg.1.num.7. 45

Inſtitutiones ſunt fauorabiliores legatis.l.ſi plurib.ff.de leg.1. nu.6.fol. 59.& in l.captatoriæ.eod.tit.ff.nu.6. 113

Inſtitutio hæredis reſpicit principaliter perſonam, quæ redimi non poteſt nec obliquari.l.apud Iul.§.conſtat.ff.de leg.1.nu.1. 76

Inſtitutio generalis filiarum non trahitur ad filium,quem teſtator ignorabat ſe habere.l.cùm res.ff.de leg.1.nu.20. 89

Inſtitutio facta per hæc verba,do hæreditatem meam Titio. eſt directa. l.ſi ita legatum.ff.de leg.1.nu.2. 113

Si teſtator inſtituat filium ſuũ pupillũ hæredẽ,& ei ſubſtituat pupillariter extraneũ,deinde relinquat vxorẽ dominam maſſariam,& vſusfructuariã bonorũ ſuorum,tunc vxor exiſtente filio, an debeat tantũ habere alimenta, & ſi non extant filij,an debeat habere totũ vſumfr. in l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi paterfam.ff.de leg.1.nu.2.& 6. 138

An tale legatum annuum primo anno ſit purum,& pro ſequentib.conditionale.ibid.nu.6.& 7.

Inſtitutio hæredis an videatur prohibita quando prohibita eſt alienatio bonorum.in l.filiusfam.§.diui.in 2.lect.ff.de leg.1.nu.94. 95.100. & 101.& in 1.lect.nu.77.& 88. 173

Inſtituens ſecundum hæredem,an videatur adimere hęreditatem à primo.l.re coniuncti.ff.de leg.3.nu.24. 178

Inſtituens Titium in vna dimidia,& filios fratris ipſius teſtatoris in alia dimidia in eadem oratione,an faciat eos eſſe cõiunctos verbis,an vero filios fratris ſolum.ibid.nu.121. 185

Inſtitutione facta hoc modo,Titius, & fratris mei filij hæredes ſunto,ſi contingat vnum ex filijs mori portio deficiens accreſcit alijs filijs antequam fratri.ibid.nu.124. eod.

¶Inſtitutio ſub conditione facta.

Inſtitui põt filius in poteſtate ſub qnacunque conditione.dummodo in defectũ exhæredet.in l.filiú quẽ.C.fam.ercif.nu.6.ſed an ſub cõditione poteſtatiua.n.5.fol.15.& in l.cũ poſth.ff.de lib.& poſth.n.3.fo.195. & quid ſi mixta.in l. ſi quis.C.de inſt. nu.9.fol.136.& in l.3.§.1.ff.de lib.& poſth.nu.13.vbi etiam de conditione cauſali. 165

Inſtitui poteſt emancipatus ſub quacunque conditione cauſali,vel mixta,quamuis in defectum non exhæredetur, in l.ſi pater.C. de inſt.nu. 7.fol.129.& in verbo Emancipatus.

Inſtitui poteſt filius ſub conditione ſi fecerit teſtamentum dato, quod in defectum non exhærederetur.ibid.nu.2. 129

Inſtituta ſubſtantia licet non poſſit conferri in expreſſam conditionem voluntatis alterius tertij, tamen benè poteſt in tacitam, & velatam, in l.captatorias.C.de teſt.mil.nu.10. 81

Inſtitutio filij facta ſub conditione poteſtatiua, quæ non poteſt vltimo ſpiritu impleri reddit teſtatorem inteſtatum,in l.filius hæres.ff.de lib. & poſth.nu.4.13.& 29.fol.154.& in l.filius à patre.eo.tit.nu.3.& 20. fol.186.& in l.Gallus.§.inſtituens.eod.tit.nu.2. 241

Inſtitutio facta de filio ſub conditione poteſtatiua,quę pendet ab arbitrio,& voluntate ſua.valet,licet ſecus in exhære.in l.3.§.1.ff. de lib.& poſth.nu.10.& 11.fol.165.& in l.filius à patre.eod.tit.nu.8. 196

Inſtitutio conditionalis,an trahatur retro ſi filius pendente conditione moriatur.ibid.nu.7.

Inſtitutio facta ſub plurib. conditio. an requirat concurſum vtriuſque. in l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.nu.10. 182

Inſtitutio facta de perſona incerta,ſ.quæ naſceretur.cõditio. cẽſet habere vim non ſolùm conditionis, ſed etiã demonſtrationis. ibi. nu.10.

Inſtitutio de ſuo ſub conditione de præſenti,vel futuro, cauſali,vel mixta an valeat.in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de lib.& poſth.nu.1.& 2. 141

Inſtitutio an vitietur ſi conditio appoſita vitietur,in d.l.Gallus. §.forſitan.num.1. 121

Inſtitutio facta de filio ſub conditione ea impleta, an efficiatur ſuus,& neceſſarius,in l.ſi ita legatum.§.illi.ff.de leg.1.nu.6. 114

Conditio appoſita in inſtitutione an intelligatur repetita in ſubſtitutione in l.licèt Imperator.ff.de leg.1.nu.6. 127

In inſtitutione conditionali an ſint attendenda tria.ſ. tempus teſtamẽti,mortis teſtatoris,& aditionis hęr.in l.cætera.ff.de leg.1.nu.20. 79

¶Inſtitutus. Inſtituto repudiante admittitur ſubſtitutus licet inſtitutus ſperetur,quod poſſit venire per in integrum reſtitutionem, in l.non quocunque.§.ſi ex bonis.ff.de leg.1.nu.12. 140

Inſtitutis plurib.ſine partibus,intelliguntur inſtituti in viriles,in l.legata inutiliter.§.in legatis.ff.de leg.1.nu.1. 49

Inſtitutis

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

Inſtitutis duob. hæredibus vno purè, altero ſub conditione, an purè inſtitutus habebit interim totam hæreditatem, vel an cẽſeantur à principio vocati in viriles, & quid ſi conditio deficiat. in l. planè. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1. nu. 17. 18. & 22. 65

inſtituti tacitè an videantur filij filiorum poſiti in cõditione, & an poſſint expreſsè grauari on re fideicom. quando expreſsè non ſint honorati, in l. ſi Titio. §. ſicuti. ff. de leg. 1. nu. 3. 163

inſtitutus in re certa non detrahit duas quartas. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. num. 15. 153

Inſtitutus non debet ſibijpſi ſubſtitui niſi mutata cauſa, & niſi commodũ ex ea habeat, vel niſi ſibi, & cohæredi ſubſtituetur, in l. ſed ſi plures. §. fin. ff. de vulga. & pupil. num. 4. fol. 119. & in l. fin. §. 1. eod. titu. num. 2. cum ſeq. 157

Inſtitutus ſub conditione non põt adire, ſed procedat ſi cõditio ſit poteſtatiua, in l. is, qui. ff. de acq. hær. nu. 9. fol. 65. & in l. ei, qui. eo. tit. n. 4. e.

inſtitutus habens ſubſtitutum ſi repudiat vno iure, & vult venire alio, an ſubſtitutus ei præferatur, in l. nec his. §. 1. ff. de acq. hær. nu. 14. 78

inſtituto ingrediẽte religionem fratrũ minorum, an hereditas vadat adueniẽtes ab inteſtato. in l. ſi quis mihi bona. §. 1. ff. de acq. hær. n. 7. 90

inſtitutus eſt aliquis hæres, & ſi hæres non erit, datus eſt ei ſubſtitutus, ſi hæres inſtitutus moriatur intra annum datũ ad deliberandum ille in quem fit tranſmiſſio, an excludet ſubſtitutum vulgarem. C. de hære. inſt. l. cùm proponas. nu. 18. 19

Inſtitutus ad hoc vt poſſit adire non eſt neceſſe, quod interuenerit in teſtamento, vel quod viderit, aut audiuerit teſtamentum legi. ff. de acq. hær. l. ſi quis extraneus. §. ſciendum. nu. 2. 87

inſtitutus ſub conditione, an cogatur cauere ſubſtituto, in l. inter omnes. ff. qui ſatiſd. cog. nu. 3. 137

inſtitutus ſub conditione ſi moriatur. conditione pendente nihil tranſmittit. C. de inſti. & ſubſt. ſub cond. fac. l. ſi pater. nu. 10. fol. 130. & in l. filius à patre. ff. de lib. & poſth. num. 12. fol. 196. in l. Gallus. §. inſtituens. eod. tit. num. 2. 141

inſtituto in re certa. an competat ius accreſcẽdi. C. de hær. inſt. l. quoties. num. 7. 124

inſtitutus in certa re, an contineatur in contractibus, puta ſi aliquis acquireret emphyteuſim pro ſe, & hæredibus ſuis. ibid. nu. 9.

¶Nuntius. Nuntio publico non creditur niſi circa ſuum officium. l. age cum Geminiano. C. de tranſactionib. num. 11. fol. 95. & in l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. num. 8. & ibi latè, quando credatur relationi nuntij. fol. 149. & an teneatur iurare licet ſtatutum non dicat. in l. aperti ſſimi. C. de iud. nu. 26. 159
nunt. miſſus à iudice ad aliquem citandum non poteſt terminum comparitionis prorogare. ff. de verbor. obligat. l. qui Romæ. §. Callimachus. nume. 11. 176
nuntius an poſſit conſtitui ad faciendum procuratorem, diſtinguit. ff. de acquir. poſ. l. 1. §. item acquirimus. num. 57. 63
nunt. deputatus ad ſolutionem recipiendam, qui habet arbitrium recipiendi quocunque tempore, & quocunque loco poteſt terminum ſolutionis prorogare. ff. de verbor. obligat. l. qui Romæ. §. Callimachus. num. 9. 14. & nu. 16. 177
nuntius, & procurator qualiter differunt. ibid. eod. num. 14. 176
nuntius eſt tanquam organum iudicis, cum nudum miniſterium præſtet. ff. de re iud. l. quod inſſit. nu 52. fol. 159. & in l. ſi is qui pro emptore. de vſucap. nu 35 1. 135
nunc. ſi debeat mitti abſenti ad iurandum de calumnia debet mitti ſumptibus ipſius abſentis. ff. de edend. l. prætor. §. is etiam. nu. 12. 168
nuntius quando citat aliquem non poteſt per vim intrare domum etiã ſi inueniat oſtium apertum domino prohibente, & ſi intrat tenetur. de vi. ff. de in ius voc. l. plerique. nu. 31. 114
nuntius an aliquis poſſit conſtitui in cauſa propria. ff. de acqui. poſſeſ. l. iuſtè. nume. 14. 96
nuntius non poteſt eſſe generalis, quando geritur negotium inter abſentes. ff. de acquiren. poſſeſ. l. 1. §. item acquirimus. nu. 54. 63
nuntius mortuo domino, an poſſit alij dare, & transferre dominium. l. eius qui. §. quas verò. num. 7. ff. ſi cer. pet. 65
nuntio publico referenti ſe aliquem citaſſe, an debeat iudex credere cum ſit vnus ſolus. ff de acquir. hæred. l. nec is. nu. 10. 77
nuntius miſſus ad ſolutionem recipiendam certo loco, & tempore, an poſſit terminum prorogare. ff. de verbor. oblig. l. qui Romæ. §. Callimachus. num. 11. 176
nuntius publicus ſi referat ſe aliquem citaſſe ad domum, quia non inuenit eum perſonaliter, an ſibi ſit credendum. C. de iudic. l. properadum. §. & ſi quidem. nu. 8. & 9. 150
nunt. an poſſit transferre dominium de pecunia ſibi aſſignata prius ad ſoluendum. l. eius qui. §. quas verò. ff. ſi cert. pet. num. 7. 65
nuntio referre ſufficit iudici ſe diligenter perquiſiuiſſe ab omnibus. in l. in illa. ſtipula. ff. de verb. oblig. nu. 17. 43
nuntij miſſi ad perquirendum ſuper negatiua ſi referant nihil certi ſe inueniſſe præſumptio eſt pro negante. ead l. num. 18. eod.
nuntio autem quare credatur, & non iud. Iudici enim referenti aliquid non creditur, niſi quatenus conſtet in actis. eod.
Nuntio an credatur de contumacia citati, ſi dicat, quòd citatus dixit ei nolo venire. eo.
nuncius ſi dicat ſe citaſſe Caium perſonaliter, ille autem aſſerat contrarium per iuramentum, cui magis ſit credendum. eod.
nuntio ſolito mitti ad tales cauſas, qui credidit excuſatur. ff. de eo per quem fact. erit. l. 1. nu. 21. 144
¶Nucis legatum quid comprehendat. l. ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. de leg. 1. num. 16. 137
¶Nutũ p quẽ colligitur voluntas. l. ſi res obligata. de leg. 1. nu 33. 111
¶Nundine hoc nomen quot modis accipitur. ff. de acquir. poſſeſ. l. clam poſſidere. § qui nundinas. num. 10. 89
¶Nurus appellatione, an veniant vxor filij neptis, & proneptis. l. Gal. §. inſtituens. de lib. & poſthu. nu. 11. & an veniant pronurus. ibi. 217

De litera O.

OBEDIENTIA Non præſcribitur à ſubdito niſi qñ ſe gereret pro non ſubdito, & eſſet in quaſi poſſeſſione libertatis. ff. de acqu. hære. l. is qui putat. nu. 13. 70
¶Oblatio facta loco, & tempore incõgruo non habet effectum. ff. de verb. obl. l. qui Romæ. nu. 13. vbi ponit limitationem. fol. 173. & in l. non minorem. C. de tranſc. nu. 6. 108
Oblatio verbalis ſola, an ſufficit ad conſtituendum creditorem in mora. ff. de verb. obl. l. qui Romæ. nu 8. 173
Oblatio verbalis ſufficit quo ad moræ purgationem, licet quo ad alia non ſufficiat. ff. de verb. obl. l. ſi ita quis promiſerit. §. Seia. nu. 17. 219
Oblatio debet eſſe vera & iuſta, & non fraudulenta, aliàs non releuat, ff. de verb. oblig. §. cohæredes. l. qui Romæ. nu. 27. 182
Oblatio fideiuſſorum quam facit maritus de dote conſeruanda, vel reſtituenda, an impedit exactionem, & remedium legis ſi conſtante. ff. ſolu. matrim. l. ſi conſtante. nu. 4. 5. 35
Oblatio quare requitatur. ff. ſolu. matr. l. ſi mora. nu. 18. 30
Oblatio facta impedit curſum vſurarum. ff. de verbor. obligationibus. §. Seia. l. qui Romæ. nu. 23. 185
Oblatio in contractibus innominatis habet vim perfecti implementi, vt poſſit agi, nec exceptio obſtat, ſecus in contractibus innominatis. l. ſiue apud acta. C. de tranſact. nu. 22. 111
Oblatio pecuniæ quando requritur non ſufficit offerre pecuniam clauſam in marſupio, vel ſaculo. ff. de leg. 1. l. Titiæ textores. num 8. 68
Oblatio ſola in contractibus, non habet vim implementi, adeò quod poſſit agi, ſicut ſi verè fuiſſet implementum. in l. pecuniam. de condit. cauſa data. nu. 7. 155
Oblatio ſpeciei debitæ purgat moram ipſo iure, ſed oblatio quantitatis debitæ purgat ſolum ope exceptionis. ff. de verbor. obliga. l. interdum. §. Stichi promiſſor. nu. 1. 120
Oblationes ad quem ſpectant. de offic. aſſeſ. l. ſi eadem. nu. 11. 52
Oblatio pretij vbicunque debet ab emptore fieri, intelligitur parte petente. l. vniuerſa. C. de precib. Impara. offeren. nu. 3. 48
Oblatio facta à tertio, an proſit. in l. 2. C. de iure emphyt. nu. 70. 202
Oblatio recuſata etiam realis quid operetur, & an ſit opus depoſitione. in l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. in fine. 174
Oblatio ſortis ſi fiat cum intereſſe ad quem pertineat probatio intereſſe. ead. l. nume. 16. fol. eod. & ead. l. §. Seia, quando impediat curſum vſurarum. num. 23. & ibi an vnica ſufficiat ad conſtituendum in mora. nume. 26. 185
Ad conſequendum rem, quæ oblatio requiratur. in l. ſi ita quis promiſerit. §. Scia cauit. ff. de verb. oblig. nu. 6. 219
Oblatio rei debitæ quando purget moram. in l. interdum. §. Stichi. promiſſor. ff. de verb. oblig. nu. 1. & 2. 120
¶Obligatio naturalis, an oriatur ex teſtamento non ſolenni. C. de fideicom. l ſi veritas. nu. 1. 210
Obligationis prohitio non extenditur ad obligationem à lege prouenientem. de acquir. hæred. l. more. nu 48. 70
Obligatio, & condemnatio fideiuſſoris nunquam augetur ex facto, vel mora, vel negotiatione principalis debitoris. ff. qui ſatiſda. cog. l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. nu. 13. 128
Obligationem naturalem contra alium non habet de iure cano. qui nõ implet pro parte ſua. ff. de pactis. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. num. 8. 180
Obligatio naturalis ſola non impedit ius accreſcendi. C. de teſta. l. hæc conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 11. 107
Obligatio naturalis oritur ex teſtamento minus ſolenni. C. de fideic. l. ſi creditoris. nu. 10. 209
Obligatio dandi, quando conſiſtit in genere, tunc ſolutio partis non inducit liberationem in parte. ff. ſi quis cautio. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. num. 5. 154
Obligatio duorum reorum, licèt ex parte rei debitæ cenſeatur vna, tamen ratione perſonarum cenſentur plures obligationes. ff. de leg. 1. l. non quocunque. §. qui Caium num. 3. 141
Obligatio ſui natura eſt perpetua, & non finitur ipſo iure, etiam ex partium conuentione, ſed ope exceptionis. ff. de verbor. oblig. l. eum qui ita ſtipulatur. §. qui ita ſtipulatur. el 1. nu. 1. & 2. limitatur, tamen, vt num 3. 4. & 5. ead l. 99
Obligatio licet non poſſit ipſo iure finiri tempore, officium tamen iudicis, quod competit contra aliquem, bene finitur tempore. ff. de verb. oblig l. eum qui ita ſtipulatur. el 1. nu 3. eod.
Obliga. non faciendi committitur ſi contrafiat per principalem, ſecus ſi per fideiuſſorem. ff. de verbor. obligat. l. cum filiusfamil. §. ſi ſtipulatus. nume. 1. 93
Obligatio, quando acquiritur Abbati ex facto monachi ſine facto Abbatis, tunc poteſt ipſi monacho ſolui. ff. de verb. oblig. l. eum qui ita. §. qui ſibi, aut filio. nu. 11. 98
Obligatio quando acquiritur domino ex facto procuratoris, poteſt ſolui procuratori. ff. de verbor. obligationib. l. eum qui ita. §. qui ſibi, aut filio. num. 12. eod.
Obligatio, an oriatur in criminalibus. l. 1. §. ſublata. in 2. lect. ff. ad Trebellian. nu. 19. 198
Obligatio naturalis poteſt eſſe inter dominium & ſeruum, vt in l. ſi id quod. de condi. indebit. num. 1. fol. 207. nec impedit ius accreſcen l. planè. §. ſi coniunctim. de leg. 1. num. 15. fol. 64. & in l. huiuſmodi § ſi Titio. ff. eod. titu. nu. 12. 149
Oblig. actiuè, & paſſiuè in eodẽ ſubiecto ſtare non poteſt, & ſic in eadem perſona.

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

persona.l.planè.§.si duobus.de leg.1. num.5. 66
Obligatio quæ erat vnica in legatario,diuiditur inter eius hæredes ipso iure.l.legatarius.de leg.1. num.2.& 11. 72
Quid in solutione canonis emphyteutici. in l. si domus. §. si fundus. de leg.1.nume.29. 125
Quando admittatur in obligatione alternatiua variatio,in l.cùm res. de leg.1. nume.29. 90
Obligatio ad interesse succedit post moram in obligatione facti. ff. de verbo.oblig.l.si filiusfam.§.cum fundum.num.3.fol.127.& in l.non amplius.§.bonorum.de leg.1. num.15. 54
Obligatio vbi est naturaliter indiuidua, prætor potest inducere ex aliqua æquitate, quòd vnus conueniatur insolidum pro omnibus, & soluat.ff.de verb.oblig.l.stipulatio.§.Cato.nu.10. 28
Obligatio patientiæ est mixta dandi, & faciendi. ff.de verb.oblig. l.stipulationum quædam. §.fundi.nu.2. 121
Obligatio quando insurgit ex contractu celebrato cum filio, vel seruo, quòd potest ei solui. ff.de pact.l.si vnus.nu.4. 193
Obligatio quæ re contrahitur, non potest per pactum in plus contrahi quam sit datum.ff.de pact. l.si tibi decem.num.1. 189
Obligatio ex delicto tollitur per pœnæ executionem.ff.de iusti. & iure. l.ex hoc iure. num.75. 8
Obligationes quare sint perpetuæ, nec possit ista perpetuitas alteri conuentione partium.ff.de pact. l.auus neptis.nu.16. 200
Obligatio reorum debendi, qui se faciunt principales debitores insolidum fortior, & grauior est quàm sit obligatio fideiussorum, qui promittunt accessoriè, & in subsidium. ff.solut.matrimon. l. si constante.nu.52. 38
Obligatio naturalis de per se non est apta producere actionem. ff.solu. matr.l.dotis causa. nu.5. 33
Oblig.ad dandum si est omnium respectu diuidua si promissor moriatur relictis pluribus hæredibus vno contrafaciente committitur pœna in totum ff.de verb.oblig.l.stipulatio.§.Cato.nu.35. 30
Obligatio rem restitui, an sit diuidua obligatio. ff. de verb.oblig. l.stipulatio.§.Cato.nu.18.& 20. 29
Obligatio semel extincta propter aliquam causam annullantem non reconualescit, licet tale impedimentum cesset. ff.de verb.oblig.l.inter stipulantem §.sacram.num.8. 132
Obliga.omnis accipitur pro contractu. ff. de acquirend. hæredit. l.more.num.28. 70
Obliga. facti, item obligatio ad restituendum qualiter committatur ad interesse, & an factum post moram remaneat adhuc interesse, & an reus possit præcisè cogi ad faciendum. ff. de verb.oblig. l. stipulationes non diuiduntur.nu.32. 119
Et in obligatione facti non tenetur quis præcisè ad factum, hæc regula limitatur multis modis sub eod.nu.32. & 33. eod.
Et in omnibus casibus, & fallentijs, & in quibus obligatus ad factum potest præcisè compelli potest etiam extrahi de domo, & de omni alio loco, vt faciat, maximè quando delictum fugæ est admixtum ibidem.num.34. 119
Obligatio rem tradi ex alia causa, quam iurisdictionis, veluti ex simplici stipulatione,continet merum factum.ff.de verb.obligat. l.stipulationes non diuiduntur. nu.35.fol.eo.& quid differât obligationes rem tradi, & rem restitui.ibid.nu.18. 116
Obligatio dandi, si debetur quantitas, tunc obligatio est diuidua quo ad obligationem, nam diuiditur inter plures hæredes, etiam quo ad solutionem hæc regula limitatur duobus modis.ff.de verb.obliga.l. stipulationes non diuiduntur. nu.26. 118
Oblig. succedit in obligationibus faciendi post moram. ff. de verb.oblia.l.stipulationes non diuiduntur.nu.6. 114
Obliga.ad interesse, & sic ad pecuniam dicitur indiuidua, & ideo contra quemlibet hæredem promissoris agi debet pro portione hæreditaria.ff.de verb.oblig.l.stipulationes non diuiduntur.nu.7. eod.
Obliga. non contrahitur super re à communi commercio hominum exempta, & an obligatio resuscitetur si res sacra fiat prophana. ff. de verbo.oblig.l.inter stipulantem. §.sacram.nu.1. 131
Obligatio dandi, pœna non adiecta committitur ad interesse, quando stipulantis totaliter non interest.ff.de verb. obliga. l.si pœnam. num. 1.fol.111.& in l.cùm mota. C.de transact.nu.5. 58
Obligatio alternttiua valida, licet contineat vtrunque, tamen si obligatio valet in altera ex alternatiuis tantum, puta, quia altera erat stipulatoris tempore stipulationis, tunc licet desinat esse sua, & redeat ad promissorem, non poterit eam promissor soluere inuito creditore.ff.de verb.oblig.l.si duo rei.num.3. 201
Obligatio tacita, an nascantur extra id quod plerunque accidit. ff.de verb.oblig.l.si liber homo.num.8. 168
Obligatio hoc modo concepta, promitto tibi quicquid tu volueris, vel quicquid petieris, an valeat.ff.de verb.oblig.l.stipulatus.num.3. 152
Verba enunciatiua, an inducant obligationem. in l.vbi pactum. C. de transactionib. nu.7. 116
Ad finem consequendæ liberationis quis potest se obligare, aliàs prohibitus.in l.non eo minus. C.de procu.nu.5. 129
Oblig.personalis non sequitur fundũ.in l.1. C.de iure.emph.n. 86. 194
Quid veniat in generali obligatione bonorum. in l.3. C. de iure emphyt.nu.79.& 80. 228
Obligatio quando transeat in singularem successorem cum suis qualitibus. l.si sic legatum.§.si quis ita.ff.de leg.1. num.3.fol.133.& in l.si fundum sub conditione.§.si paterfam.de leg.1.nu.6. 139
Obligatio pœnalis si habeat originem in personam defuncti, facit qđ factum vnius ex hæredibus facit pœnam committi contra omnes.l. si hæredis seruus.de leg.1.nu.8. 90
Obligatio quando impediatur nasci per conditionem etiam tacitam.l. nemo potest.ff.de leg.j.in 2. lectura.nu.93.fol.94. & in l.si Titio pecuniam.de legat.1.num.9. fol. 142. & in l. Stichum qui mens erit. de leg.1. num.21. 22
Obligatio tollitur solutione etiam facta ab extraneo. l.si res obligata. de lega.1.nu.44. 111
Obligatio potest conferri in voluntatem creditoris non debitoris. l.si ita legatum.§.illi.ff.de leg.1.num.1. 114
Obligatio quando tollatur solutioue eius, quod debetur l. si domus.§. de euictione.ff.de leg.1.nu.3.& 15. 122
Obliga. plurium seruorum in genere ante electionem diuiditur inter hæredes stipulatoris, sed post electionem pro portionibus hæreditarijs.ff.de verb oblig. l.si centum.num.1. 168
Obligare quis non potest extraneum.ff.de verbor.obligationib.l.Iulianus.num.2. 106
Obligatio facti negatiui, per te vim non fieri, transit ad hæredem.ff.de verb.oblig. l.si sic stipulatus.nu.6. 212
Obligatio generalis mercium continet tantum præsentes, & non futuras, nec obstat, quod in generali obligatione bonorum veniunt etiam futura.ff.de verbor.obliga. l.qui Romæ.nu.3.& 4. 176
Obligatio naturalis potest consistere inter dominum, & seruum. ff.de leg.1.l.planè.§. si coniunctim. nu.15. 64
obligatio ciuilis,& naturalis cadit inter duos fratres in eadem potestate existentes in certo casu.ff.de condit.indebi.l.frater à fratre.n.35. 188
Obligatio generis, & alternatiua æquiparantur. ff. de verbor obligat.l. stipulatus sum damam.num.5.fol.152.& in l.cum is qui.§.qui hominem.ff.de condi.indebit.num.1.fol.185. ff.de verb.obligat. l.stipulationum.§.& harum.num.15. 19
Obligat.fideiussoria censetur indiuidua, lex enim disponit pro fama, quod fideiussor non obligatur in plus quàm principalis, ideo vtile per inutile vitiatur. ff. de verb. oblig.l.stipulationum.§.sed & si mihi. numero 6. 13
Obliga.si sit generalis, vel alternatiua, sicut principalis debitor partem soluendo, non liberatur etiam volente creditore, ita nec eius hæredes.ff.de verbor.oblig.l.stipulationum. §.ex his.num.1. 21
Obligationis conditio non debet immutari ex parte hęredum.ff.de verbor.oblig.l.stipulationum. §.ex his.num.3. eod.
Obligatio non præscribitur loco. de leg.1.l.nemo potest. nu.8. 103
Obligatio generalis nihil certum, & determinatum de præsenti tenet in obligatione, &c. ff.de verb. oblig.l.stipulationum.§.& harum.numero 29. 20
Obligatio generis continet vnum hominem, sed nescitur quis ille sit. ff.de verb.oblig.l.stipulatio.§.& harum.num.33. 21
Obligatio rem restitui si sit re perempta, ipsa res condicitur, & sic obligatio ad rei æstimationem. ff. de verbo.oblig. l.inter stipulantem.§. Stichum qui decessit.nu.1. 134
Obligatio personalis non sequitur fundum, nec singularem successorem.ff.de leg.1.l.si domus.§.si fundus.nu.28. 152
Obligatio quando aliquid continet, sed est incertum quid sit futurum in solutione dominium non transfertur. de leg.1.l.si plurib.n.32. 61
Obligatio fideiussoria non potest stare sine principali, quia non subest, nec ciuilis, nec naturalis obligatio. ff.de verb. oblig. l.stipulatio nõ. §.si quis ita.nu.7.& 8. 7
Obligatio, & actio nascitur quandoque ante diem, licet obstet exceptio.de leg.1.l.si ita legatum.§.illi si volet.num.12. 114
Obligatio de iure gentium oritur ex quocunque pacto nudo, & ex quacunque promissione, vel partium conuentione, quæ obligatio appellatur naturalis. ff.de de verb.oblig. super rubr.nu.5. 2
Obligatio naturalis non impedit ius accrescendi. de leg.1. l.huiusmodi. §.si Titio,& Mæuio.nu.13. 149
Obligatio generis est semper dandi ex quocunque contractu debeatur etiam emptionis non ex natura contractus, sed ex natura rei, quæ est in genere.ff.de re iud.l.si calendis. nu.1. 134
Obligatio quando contrahitur re ipsa sine facto suo, tunc minor, vt furiosus obligatur. de aeq.hæred.l.more.nu.48. 70
Obligatio generalis in genere non impedit repetitionem soluti. ff. de iusti.& iure.l.ex hoc iure.num.74. 12
Obligatio ciuilis habet vim naturalis post biennium. ff.de conditio.indebi.l.1.num.2. 202
Obligatio naturalis,an oriatur ex stipulatione.ff.de condit.indeb.l.si fideiussor.num.3. eod.
Oblig.capitur ꝓ causa immediata.ff.de reb.cred.l.certi condict. n.7. 19

Oblig.

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

Obligatio ciuilis quare non poteſt contrahi inter patrem, & filium in poteſtate, vel inter duos fratres in poteſtate patris exiſtentes. ff. de condi.indeb.l.frater à fratre.in repe.nu.12. 195

Obligatio eſt iuris vinculum, ſubſtantia autem pacti conſiſtit in mero facto abſque aliquo miniſterio iuris, cum ſolo nudo conſenſu conſiſtat, qui eſt nudi pacti. ff.de pactis. l.ſi vnus. §. pactus ne peteret. nume.1. fol.194.& quid ſit obligatio.in l.quod dicitur.ff.de verbor.obligationib.num.9. 203

Obligata res duobus in eo. inſtrumento præfertur,qui primo eſt in ordine.l.qui duos.ff.de leg.1.nu.5. 49

Abeſſe videtur ei id in quo qus eſt alij obligatus.in l.planè. §.ſi rem. de leg.1.num.4. 63

Obligatio naturalis tantum oritur inter patrem,& filium in poteſtate, vel inter duos fratres, aut plures exiſtentes in poteſtate eiuſdem patris ſi adinuicem contrahant. ff. de cond.indeb. l. frater à fratre. in repe.nu.1. 186

Obligatio mutui poteſt contrahi in minus quàm ſit datum, ſed non in plus,ff.de reb.cre.l.rogaſti.§.ſi tibi dedero.nu.1. 28

Oblig.naturalis qua ipſe filius tenebatur patri, vel ècontra non dicitur confuſa per ſolam exiſtentiam ſuitatis niſi ſequatur actualis immixtio ff.de condi.indeb.l.frater.nu.41. 190

Obligatio antidotalis procedens inſtinctu naturæ, an reputetur ſiue effectu,& non impediat repetitionem ſoluti.ff.de cond.ind.l.ſi non ſortem.§ libertus.nu.6. 180

Oblig. efficax oritur de iure canonico.inter patem, & filium in poteſtate, interueniente tamen iuramento. ff.de condi. indeb.l. frater à fratre. nume.40. 190

Oblig. naturalis licèt reperiatur multiplex, tamen quantum ad propoſitum eſt triplex.ff.de cond.inde.l.ſi non ſortē.§.libertus.nu.5.180

Obligatio ad quid contrahatur in mutuo.ff. de rebus.credit.l.mutuum damus. nu.1.& 2. 5

Oblig.fideiuſſoris, an augetur ex mora debitoris non ſoluentis in loco deſtinato.ff.de eo quod cert.loc.l centum capuæ.nu. 1. 218

Obligatio antidoralis quando reſpicit certam ſpeciem obligationis, tunc impedit repetitionem ſoluti .ff.de condi.indebi.l. ſi non ſortem. §.libertus.nu.7. 180

Obli. ciuilis non oritur inter patrem, & filium in poteſtate ratione patriæ poteſtatis. ff.de cond.inde.l.frater à fratre. nu.33. 188

Obligatio naturalis non acquiritur immediatè,& directo patri,ſed primo acquiritur filio deinde per filium patri. ff.de condi.indeb.l.frater à fratre.in repe.nu.29. 187

Obligatio, & actio ad intereſſe ſuccedit in obligatione facti poſt morā. ff.ſi quis in ius voc.l.cum quis.nu.1. 120

Obl.naturalis tantum oritur inter patrem & filium, vel inter duos fratres in poteſtate eiuſdem patris. de condi. inde. l. frater à fratre. in repe.num 1. 192

Obligationes quæ tranſeunt in aliquem per obuentionem peculij non ſunt propriè hæreditatis,& ſic non tranſeunt niſi ſecundum quantitatem peculij ff.de cond.inde.l.frater à fratre.nu.37 189

Obli naturalis tm impedit repetitionē.ff.de condi.inde.l.1.nu.24. 170

Oblig.ciuilis in aduentitijs hodie cadit inter fratres in poteſtate, & patrem & filium in poteſtate.ff.de cond.inde.l.frater à fratre.n.37.189

Obligationes ſunt inuentæ propter iudicia, ſed inter patrem, & filium non cadit iudicium.ibi.nu.34. 188

Obligatio ciuilis in aduentitijs hodie poteſt cōtrahi, inter duos fratres in poteſtate.ff.de cond.inde.l frater à fratre.in repe.nu.27 195

Oblig.actiuæ,& paſſiuæ quæ perueniunt ad aliquem per obuentionem peculij non ſunt pro quota hereditatis,exemplum ponit.ff.de condi. indebi.l.frater à fratre.in repe.nu.6. 193

Obligatio principalis tollitur in totum per ſolutionem, non ſublato principalli tollitur acceſſorium, petendo autem in iudicio non tollitur obligatio principalis.C.de iud.l.1.num.3. 141

Obligatio naturalis duplex poteſt producere actionem. l.cùm quis. C. de iur. & fac.igno.nu.7. 45

Obligatio poteſt tolli partim per ſolutionem, partim per pactum. l. creditori tuo.C.de pact.nu.1 74

Obligatio naturalis oritur ex pacto.l.cū poſteaquam.C.de pact.n.6. 76

Obligatio quando dicitur eſſe inſolidum. l. ſi ſe non obtulit. ff. de re iudi.nu.27. 144

Obligatio ſeu poſſeſſio, an acquirantur domino per ſeruum. l.1.§. hæc quæ de ſeruis.de acq.poſſ.nu.3. 68

obligatio cōditio.non debet mutari ex perſona ſucceſſoris.l.quominus de flumi. nu. 185

Quando obligatio non extendatur in infinitum. ibidem nume. 137. vſque ad 40. eod.

Obligatio perſonalis requirit cauſam veram.ibi.nu.66. eod.

Obligationis antidoralis effectus mortuo recipiente non traſeunt ad eius hæredes, tanquam ſint perſonales. ff. de iuſtit.& iure. l. ex hoc iure.num.72. 12

Obligatio antidoralis eſt potens ad faciēdum collationem beneficij eccleſiaſtici eſſe ſimoniacam.ff.de iuſt.& iure.l.ex hoc iur. nu.58. eo.

Obligatio antidoralis impedit repetio.ſoluti. ff.de iuſt.& iure.l.ex hoc. iure num.74. eodl

Obligatio naturalis qua filius tenebatur patri ex aliquo contractu, vecontra, non tollitur per ſolam exiſtentiam ſuitatis.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.l.ſi filius.qui patri.num.7. 107

obligatio quæ pendet ex mera voluntate debitoris eſt nulla. ff.de leg.1. l.ſi ſic legatum.num.2. 130

obligatio naturalis ſola licet non ſit potens ad agendum, & multo minus ad exigendum, tamen eſt potens, vt in diuiſione hæreditatis,quę fit inter fratres poſſint deducere illud, quod naturaliter tantum debetur.ff.de condi.inde.l.frater à fratre.in repe. nu.12. 194

obligatio naturalis ſola, quæ eſt de.iure gentium, non poteſt ſola producere actionem.ff.de iuſtit.& iur.l.ex hoc iure.nu.51. 11

obligatio antidoralis quos effectus habeat. ff. de condi. indeb. l. ſi non ſortem.§.libertus.nu.6.7.& 8. 180

obligatio ad intereſſe ſuccedit in obligationibus faciendi. ff.de re iudic. l.ſi quis ab alio.§.ſi quis promiſerit.nu.1. 155

obligatio vel quaſi ex contractu, vel quaſi ſolutione eius, quod debetur ſoluitur.ff.de iuſt.& iure.l.ex hoc iure.nu.76. 12

obligatio antidoralis non eſt potens ad compenſandum.ff.de iuſt.& iure.l.ex hoc iure.nu.73. eod.

obligatio ad antidora cum ſit valde debilis, non impedit,quin poſſit illud repeti, quod eſt ſolutum in quo non erat illa obligatio, niſi iſta ad antidora.ff.de iuſt.& iur.l.ex hoc iure.num.74. eod.

obligatio ſecunda ſecundi pacti pœnalis, non poteſt nouare primam obligationem.l.ſi pacto quo. C.de pact.nu.13. 79

obligatio antidoralis,& obligatio naturalis qualiter differunt. ff. de iuſt. & iure.l.ex hoc iure.num.73. 12

obligatio naturalis non fomentata à l. ciuili, quæ fit ad deliberandum, quando, creditor fecit debitori pactum de non petēdo, ex iſto enim pacto obligatur naturaliter non petere. ff.de iuſtitia & iure. l.ex hoc iure.nu.51. 11

obligatio naturalis, quæ cauſatur ex ſolo inſtinctu naturæ propter ſeruitia cadit etiam in brutis.ff de iuſti.& iur. l.ex hoc iure.nu.52. eod.

obligatio quando eſt ad dandum præcisè, agitur vt detur. l.cum mota. C.de tranſact.nu.5.& 10.vbi limitat iſtam regulam. 98

obligatio naturalis principaliter eſt duplex.ff.de iuſt.& iure.l.ex hoc iure.nume.50. 11

obligatio perſonarum eſt principalis, & obligatio bonorum acceſſoria.ff.de re iud.l.ſi ſe non obtulit.num.27. 144

obligatio naturalis contracta durante patria poteſtate propter emancipationem non redditur efficacior. ff. de condi. indebit. l.frater à fratre.nume.26. 187

obligatio tranſit inſolidum ad ſingulos hæredes, quando defunctus tenebatur ad indiuiduum omnium reſpectu. Ex ibi habes quando obligatio eſt omnino indiuidua. ff.de verbor. oblig.l.ſtipulatio.§.ex his. nume.4. 21

obligans ſe pro alio, vel pignus ſuum ſi diu ſtetit in obligatione, poteſt agere, vt liberetur. de legat.1.l.ſi fundum per fideic.nu.51. 159

oblig.ad pretium,& ſic ad quantitatem reſpectu rei, ipſam rem ſoluendo liberatur. de leg.1.l.ſi fundum per fideicom. nu.13. eo.

obligans ſe ad factum ſine limitatione termini dicitur in mora conſtitui ſine interpellatione hominis, ſi tantum tempus tranſierit intra quod commodè fieri potuit. ff.de verb.oblig. l.ſi inſulam. nu.3. 135

obligans aliquam rem poſteà in illa re faciens magna melioramenta, certè quicquid fit melioramenti qualecunque ſit cenſetur hypothecatum.ff.ſi cert.pet.l.creditor.num.6. 47

obligare qui ſe non poteſt contrahendo, non poteſt etiam tradere, & ſic tradendo poſſ.non amitti.ff.de verb.oblig.l.is cui bonis. nu.5. 38

obligare licet quis poſſit bona preſentia,& futura,tamen non poteſt obligare rem alicuius viuentis, de cuius hæreditate ſperat. l.de quæſtione.C.de pactis.nu.14. 92

obligatio quomodo poteſt dici introducta de iure gentium. in l.1.ff.de acquir.poſſ.num.13. 52

obligatio ex cauſa fauorabili, an inducatur ex præſtatione triennij.in l. ſi certis annis.C.de pact.nu.4. 87

obligatio ſecundi pacti pœnalis, an nouet primam obligationem. in l. ſi pacto.C.de pact.num.14. 79

Tempus non eſt modus inducendæ obligationis. l. ſi certis annis. C.de pact.nume.2. 86

obligare ſe quis poteſt alicui ſub pœna de non alienando niſi ſibi. ff.de verb.oblig.§.cohæredes.l.qui Romæ.nu.2. 180

obligati ſunt plures in duobus correis, in actione autem de dote non eſt niſi vna actio. ff.ſolu.matr. l.non ſolum.num.21. 15

obligari, qui non poteſt ſine aliqua ſolennitate, non poteſt hæreditatem adire ſine ea.ff.de acquir.hæred.l.more.nu.19. 69

¶Obligatus ad dandum, tenetur omnimodo transferre dominium. ff. de verb.oblig.l.ſtipulationum quædam. §.hæc ſtipulatio. nu.2.iſta regula limitatur tribus modis. nu.3. 123

obligatus ad reſtituendum certa bona in caſu mortis, non tenetur reſtituere ſequuta deportatione, ſed debet expectari mors naturalis.ff. de verb.

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

de verb. oblig. §. in insulam. l. ex ea parte. nu. 2. 172
Obligatus soluere ad tempus, an & quando possit soluere ante tempus. ff. de de verb. oblig. l. qui Romæ. nu. 33. 175
obligatus sub conditione si conditio deficiat non liberatur, in conditionali enim obligatione non cadit liberatio. ff. de verb. oblig. l. decem stipulatus. num. 16. 165
obligatus an nomen debitoris debet dare, ita quòd non obstet exceptio. de leg. 1. l. apud Iulia. §. si Titius. nu. 27. 74
obligatus ad dandum licet principaliter teneatur ad translationem dominij, tenetur etiam si per eius moram, vel culpam in non faciendo commissam res desijt extare, vel non possit dari. ff. de verb. obliga. l. si seruum stipulatus. nu. n. 4. 142
oblig atus alicui vendere sub pœna, illo requisito, & negligente emere, potest sine metu pœnæ vendere, cui vult. ff. de verb. oblig. §. cohæredes. l. qui Romæ. num. 1. 3. & 6. 180
obliga. ad insulam ædificandam, si ante litem contestat. cœpit ædificare, licet perfecerit dicitur moram purgare, nec debet cogi litem contestari super interesse. de verb. oblig. l. si insulam. nu. 6. 135
obligatus quis non potest esse sibi, & ideo à seipso sibi legari non potest. de leg. 1. l. cùm filiofam. num. 15. 31
oblig. actione bonæ fidei potest obligari ex stipulatione. ff. de verb. oblig. l. qui bis idem. nu. 13. 50
obliga. ad genus tenetur semper dare, & sic dominium transferre. l. cum mota. C. de transact. nu. 2. 97
obligat. ad quantitatem respectu certæ speciei, illa specie perempta liberatur etiam à quantitate. de legat. 1. l. si fundum per fideicommis. nume. 13. 159
obligatus quamuis sit aliquis naturaliter, & ciuiliter, & sic tutus exceptione fauorabili semper potest repetere. ff. de condit. indebit. l. qui exceptionem. nume. 2. 198
obligatus si aliquis sit dare speciem ex cõtractu innominato vltra hoc, quod det, tenetur etiam cauere, aliàs datum repetitur. ff. de condi. cau. dat. l. dedi tibi pecuniam. num. 10 & 11. 165
obligatus ad factum an teneatur præcisè facere, vel tradere. l. si prius. de noui oper. nunc. nu 57. 42
obligatus ad factum licet regulariter non teneatur præcisè facere, sed soluendo interesse liberatur, tamen si iurauerit obligatur præcisè. ff. de condi. cau. data. l. si pecuniam. nu. 23. 156
oblig. ac custodiam rei ratione publici, vel priuati officij, non tantum debet probare interitum, sed etiam casum. l. si pascenda. C. de pactis. numern 4. 76
oblig. siue causa in totum, vel in partem liberationem condicit, vel in totum, vel pro parte. ff. de condi. sine cau. l. qui sine. nu. 1. 210
obligatus præstare nudam cautionem, tenetur etiam obligare omnia bona sua. l. si prius. de nou. oper. nunc. num. 52. 42
obliga. ad factum etiam fauorabile, non tamen tenetur præcisè facere. ff. de condi. causa dat. l. sed si pecuniam §. sed si acceperit. nu. 3. 157
obliga. facere, plus tenetur quam obligatus curare. de legat. 1. l. si hæres. nu me. 2. 126
oblig. efficaciter ex contractu mutui, vel alio si sit aliquis, & creditor facit tali debitori pactum de non peten. & post tale pactum transierunt triginta, aut quadraginta anni, istis per actis posteà debitor fecit creditori pactum simpliciter de petendo, quæritur an creditor vigore secundi pacti possit petere. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu. 14. 194
obligatus facere operam, an intelligatur suo sumptu. l. cùm seruus. de leg. 1. num 3. 72
obliga. facere, tenetnr taliter facere, quòd valeat. l. huiusmodi. ff. de legat. 1. nume 27. 143
obligata mihi potest esse res reuocabiliter mea. l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. 1. nu. 12. 145
obligatus satisdare actualiter, tenetur secũ ducere fideinssores. l. si prius. de nou. oper. nunc. nu. 52. 52
¶ Obliuio censetur induci per longum tempus. in l. 1. C. de ser. fugit. num. 5. fol. 47. vbi limitatur, & in l. 2. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. nume. 52. 80
¶ Obreptitium quid dicatur. in l. præscriptione. C. si contra ius. n. 3. 54
¶ Obseruare hoc verbum quot modis potest accipi. ff. de verb. oblig. l. quidam cum filium. num. 2. 208
¶ Obuentione, & fructus differunt, qualiter autem. ff. de condi. inde. l. si vrbana. nu. 6. 200
¶ Occasio, ista dictio denotat causam remotam. C. qui admit. ad bon. possef. super rubr. num. 8. 6
occasio leuis excusat à vera contumacia. ff. si quis ius dicen. l. 1. §. hoc iudicium numero. 31. 108
¶ Occidere aliquem, vel eum compellere ad delinquendum ex quo delicto, sequatur mors, idem est. de leg. 1. l. quid ergo §. si hæreres nomine. nume. 5. 97
occidere aliquem, vel infirmum sine medico negligere par est. fol. matrimon. l. si ab hostibus. §. si vir vxorem. nu. 6. 31
Quando præsumatur tractatus de occidendo. in l. Titia. §. idem. respon. cum septitius. ff. de verb. obliga. num. 8. fol. 218. & si quis reperiatur occisus, an præsumatur contra vicinos. in l. si quando. C. vnde vi. num. 40. 222
Occidens speciem debitam, tenetur ac si viueret, limitatur ista regula nisi occiderit ex iusta causa. ff. de verb. oblig. l. qui seruũ. nu. j. fol. 147
Reliqua in verbo debitor.
occidens eum cum quo pacem fecerat, & promisit de nõ offendendo sub pœna, si posteà fuit bannitus, & potest occidi ex forma statuti nón tenetur cum occiderit merentem. de leg. 1. l. quid ergo. §. si hæres nomine. num. 2. 97
occidi an possit bannitus de iure communi. in verbo bannitus.
occidendo committitur mora. ff. de verb. obl. l. mora rei. nu 4. 142
occidere quidam volens bannitum existentem in quodam castro trãscendit per murum illtus castri, & illum occidit, an puniatur pœna capitis, quia muros transcendit. ff. de reb. credit. l. si qnis nec causam. nume, 20. 13
occidere alium, an liceat pro extraneo defendendo. ff. de iustitia & iure. l. vt vim. num. 29. 7
occidens clericum bannitum per potestatem quem ignorabat clericum, &c. an teneatur de homicidio stante statuto, quòd bannitus possit occidi, &c. l. ex quacunque. ff si quis in ius voc. nu. 40. 119
occidere alium, an sit licitum propter solas minas, vel quando periculum mortis, & an satis probare, quod imminebat periculum mortis, & an sit satis probare, quòd imminebat periculum alicuius iniuriæ personalis. ff. de iusti. & iur. l. vt vim. nu. 10. & 14. 5
Reliqua in verbo homicidium, & offensio.
¶ Oculus triplex est, oculus corporis, oculus mentis, & intellectus, oculus administrationis. ff. de nou. oper. nunc. l. 1. num. 5. fol. 3. & an ex eo solo acquiritur possessio. in l. 1. ff. de acquir. possef. nu. 2. 51
¶ Occultans proprium instrumentum, non incidit in pœnam falsi, secus si occultaret communia instrumenta. l. qui qui accusare. num. 2. ver. 3. not. C. de eden. 66
occultans instrumenta aduersarij, an committat furtum, vel fal falsum. l. sub prætextu. C. de transactio. nu. 6. 107
occultator est par furi. in l. 2. §. si rem. ff. de acquir. pos. nu. 5. 86
¶ Occupatio propriè dicitur possessionis vacantis. ff. de acquir. possef. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nu. 5. 89
occupans possessionem vacantem per mortem, magis delinquit quam si per negligentiam. ibid. nu. 6. eod.
occupantis melior est conditio, quomodo intelligatur, & quis dicatur primo occupare. in l. inter eos. de re iud num. 1. 2. & 7. 169
¶ Odio alieno non debet quis prægrauari. C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. §. legis autem. nu. 2. 177
odiosa non sustinentur propter fauorabilia. de liber. & posthum. l. cum quidam. num. 6. 190
odiosa sunt strictissime interpretanda. ff. de leg. 1. l. de quibus. nume. 58. fol. 25. & an comprehendatur mixtus casus. in l Gallus. nu. 51. 201
¶ Offendens ex noua causa non dicitur rumpere pacem. de leg. 1. l. quid go. §. si hæres nomine. nu. 3. 97
Qui potest offendi, an possit occidi. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. num. 26. & 27. 179
An timens offendi possit petere securitatem de non offendendo. in l. si super poss. C. de transact. nu. 6. 101
offensa quæ dicatur. in l. cùm te. C. de inoffic. testa. nu. 2. 172
offendere bannitum, an licitum sit de iure communi statutis cessantib. ff. de iusti. & iure. l. vt vim. num. 15. 6
offendere bannitum licet non sit licitum de iure communi in persona, potest tamen impunè damnum dari in rebus. ff. de iustitia & iure. l. vt vim. nume. 17. eod.
offenso si liceat facere competentem vindictam stante sic statuto intelligitur de immediatè offenso. ff. de vulga. & pupilla. l. qui liberis. §. hæc verba. num. 4. fol. 115. & in l. si quis nec causam. de rebus credit. num. 21. 13
offenso vno de sanguine, intelliguntur offensi omnes, qui sunt eiusdem sanguinis. ff. de in ius voc. vt eant. l. 1. nu. 8. 110
offendens consanguineum inimici dicitur rupisse pacem. in l. de pupil. §. si quis ipsi. ff. de oper. nou. nunc. num. 13. 21
offenso vno de domo, an alij videantur esse offensi. ff. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. nu. 53. 201
Reliqua in verbo vulnerare, occidere, & in verbo homicidium.
¶ Offerens iustum pretium debet cuicunque alteri præferri. de leg. 1. l. si domus. § si fundus. nu. 41. 126
Reliqua in verbo oblatio.
¶ Officia & dignitates, quæ aliàs præstant immunitatem, si sint procuratæ non præstant immunitatem. de legat. 1. l. si seruus plurium. §. si quis ante. num. 6. 95
¶ Officialis remotus propter suam culpam, an debeat habere salarium totius temporis. l. diem functo. num. 45. de offic. assef. 65
An officiales mortuo præside sint liberati. nu. 27. eodem
officialis condemnatus in syndicatu, non potest, nec eius filij ad aliqd officium aspirare. ff. de iureiurand. l. iusiurandum, & ad pecunias. §. cum

Source : BIU Cujas

Reper. ſuper Lect. D. Iaſ.

cum res nume. 3. 41
Officialis remotus propter infirmitatem, an ſi poſteà ſanetur, debeat recuperare officium remoto ſubrogato, & habere ſalarium temporis quo fuit infirmus. l. diem functo. nu. 49. de offic. aſſeſ. 65
Officiales qui fugiunt ſyndicatum puniuntur. in 60. libr. auri. l. nemo. nume. 3. C. vt omnes iud. tam ciuiles, & ibi quòd probat contra eum. 58
Furta vel robariæ contra officiales probantur ſolo iuramẽto. d. l. nemo. nume. 4. ver. tamen quod. eod.
Officialis ſi quinquaginta dies ſindicatus non ſunt finiti, an poſſit ipſe officialis recedere dimittendo procuratorem. l. nemo. nume. 5. C. vt omnes iud. eod.
Officialis propter vtilitatem publicam, poteſt accipere res priuatorum ad vſum public. l. Barbarius. de offic. præto. nu. 33. 42
Officia. poteſtatis qui vadunt quærendo pro armis, ſi ceperint aliquem deferentem arma contra edictum prætoris, & ille velit dare fideiuſſorem de ſe præſentando, vel coniunctam perſonam, & familia poteſtatis nolit eum accipere in fideiuſſorem, quia non ſit idoneus facultatibus incidit in pœnam. in l. ſi verò. § . qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogan. num. 3. 130
Officialis ſi mihi ſemel metum incuſſit, adhuc dico eum timere, licet non ſim in eius conſpectu ſi adhuc eſt in officio. ff. de condi. ob turp. cau. l. ſi ob turp. nu. 4. 168
Officialis an prohibeatur pignus accipere. l. principalibus. nume. 3. ff. ſi certum petatur. 54
Officialis quemadmodum non poteſt contrahere in loco officij, ita nec ibi vxorem ducere. ff. ſi cert. pet. l. principalibus. 55
Officialis prohibitus contrahere, tamen poteſt contrahere quãdo gerit officium in ſua patria. vide. ff. ſi cer. pet. num. 2. eod.
Officiales deputati ad ſindicandum, cenſentur delegati, non autem ordinarij. l. more. de iuriſd. omn. iud. nu. 50. 80
Officialis aufugiens durante tempore ſindicatus, ſemiplenam probationem facit. ff. de iureiur. l. admonendi. in repe. num. 168. 124
Officialis ſicut tenetur ex negligentia ſua, ita tenetur ex negligentia alterius ſubminiſtratoris. ff. ſi cer. pet. l. periculum. num. 1. 55
Officiales non poſſunt mutuare, nec alios contractus facere durante eorum officio. ff. ſi cert. petatur. l. principalibus. nu. 1. & ibi an poſſit matrimonium contrahere. nu. 2. vel pignus accipere. nu. 3. 55
Offic. ſubrogatus tenet illum locum in ordine, quem tenebat ille in cuius locum ſubro. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. nu. 25. 156
Officia. non poteſt ſindicari niſi de his, quæ geſſit in offic. l. nemo. C. vt omnes iudices. nu. 10. & ibi quid ſi adulteraſſet mulierem. 58
Officialis in ſindicatu non tenetur niſi de dolo, de culpa autem lata non tenetur. l. nemo. C. vt omnes iud. tam cui. nume. 11. & ibi, quod probationes debent eſſe claræ, quia præſumitur pro eis. eod.
Officialis an teneatur de negligentia ſui adminiſtratoris. in l. periculum. ff. ſi cert. pet. num. 1. 55
Officiali electo, an liceat variare. in l. ſi ex toto. §. ſi ita legatum. ff. de legat. 1. num. 24. 26
Officialis noui creatio, an deroget veteri. in l. quòd in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de legat. 1. num. 5. 51
Officialis quando tenetur indagare factum alienum, non tolleratur ignorantia. in l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. nu. 36. 111
Officialis ferens ſententiam nullam non exequutam, non poteſt ſindicari. l. nemo. in fin. C. vt omnes iudices. 58
Quando communitas teneatur pro officialis delicto. in l. age. C. de trãſactio. nume. 9. 95
Quando propter negligẽtiam poſſit ab officio deponi in l. eum qui res. C. de procu. nu. 3. 123
Offi. licet propter vtilitatem publicam poſſit accipere res priuatorum; tñ debet intelligi data mercede de publ. l. Barba. nu. 37. de off. præ. 43
officialis ſi promitat reipublicæ ducere ſecum duos iuriſtas, ſufficit ducere tales, qui vulgo iuriſtę appellantur, licèt non ſint doctores. l. hoc edicto. nu. 6. quod quiſque iur. 97
Vide etiam de hac materia in verbo Iudex.
¶Offic. iudi. quod venit æſtimatione licèt non dicatur eſſe debitum, eſt tamen quaſi debitum. l. ſi ſeruum ſtipulatus. §. effectus. ff. de verbo. obli. num. 4. 145
officio argentariæ depoſito tenetur quis edere rationes in loco in quo argentariam exercuit, non alibi, niſi ſumptibus petentis. ff. de eden. l. prætor ait. §. is etiam. nu. 1. 167
officium publicum inducit præſumptionem bonæ fidei. ff. de acq. poſſ. l. iuſtè poſſidet. nu. 2. 95
officiũ iud. inductum cõtra reum doloſum, non debet in eius fauorem poſſe operari. ff. de re iud. l. in depoſiti. nu. 8. 155
officium iud. eſt triplex l. iuſdicentis. ff. de iuriſd. omn. iud. nu. 11. 67
officium iud. poteſt implorari, vt declaret ſententiam eſſe nullam. ff. de ferijs. l. 1. nu. 26. 158
officium procuratoris, an debeat eſſe gratuitum. C. de procuratorib. l. item. num. 2. 129
offic. iud. ex quo fit executio ſententiæ dicitur nobile, & non mercenarium. ff. de re iud. l. à diuo Pio. § ſententiam nu. 5. 162
officium iud. imploratur ſummatim, & extraordinariè ad exequendum illud quod eſt ſententiatum per ipſum iudicem. ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſententiam. nu. 4. 161
Officium iudicis præſcribitur. 30. anno. hæc regula limitatur, vt l. prætor ait. §. ſi aliquando. ff. de nou. oper. nunc. num. 8. & 11. 46
officium iudicis an competat ex iuramento. ff. de iureiuran. l. iuſiurandum nume. 12. 71
officium iud. quod habet ſucceſſor, quando finita eſt emphyteuſis per generationem, vt ſibi potius, quàm alij renouetur, an tollatur per lapſum anni. l. prætor. §. ſi aliquando. de noui operis nunci atio. numero 15. 47
offic. iud. implorare, quare melius ſit quam intentare remedium ordinarium. ff. de acquirend. poſſeſſio. l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 132. 106
officium iudicis quando competit pro legato, tunc etiam hypothecaria competit. l. 1. de leg. 1. num. 132. 9
officium iudicis, & actio an ſint idem. l. iuſdicen. de iuriſd. omnium iudicum. nume. 8. 67
offic. iudic. & exceptio an ſint idem. ibid. num. 9. eodem
offic. argentariæ cadit in ſeruo. ff. de edend. l. prætor. nu. 6. 167
offic. propriè eſt, quod debet homo homini. de acq. hæred. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. num. 4. 84
offic. iud. loco actionis ſuccedit. ff. de condi. indeb. l. ſi non ſortem. §. libertus. nu. 22. 181
officium iudicis quamuis nullam præſupponat obligationem, tamen poteſt accedere fideiuſſor. ff. de eo quod certo loco. l. centum. numero 5. 218
officium iudicis per quod petitur executio ſententię eſt officium iudi. nobile. ff. de re iud. l. intra dies. num. 5. 152
offic. iudic. ſi imploretur pro executione ſententiæ, tunc non requiritur libellus, nec figura iudicij. ff. de re iudi. l. intra dies. nu. 3. eodem
offic. iudi. nobile, quando imploratur ſuper eo, quod nunquam fuit antea deductum in iudicio, tunc ibi eſt neceſſarius libellus, & litis conteſtatio. ff. de re iud. l. intra dies. nume. 6. eod.
offic. iudic. quo quis compellitur ad cedendum, habet naturam actionis realis. ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio. §. Cato. nu. 26. 29
officium iudicis complectitur omnia quæ iudex ratione ſuæ iuriſdictionis poteſt exercere. l. iuſdicentis. nu. 1. de iuriſd. omn. iud. 66
officium extraordinarium, an competat filiofam. l. cum filiusfam. ff. ſi cert. pet. nume. 2. 37
officium prorogatum an ſit idem officium. in l. filius à patre. §. 1. ff. de lib. & poſthum. nu. 7. 198
officium iudcis poteſt implorari quando appellatio non habet locum. in l. nemo poteſt. in 1. lect. ff. de leg. 1. num. 67. 102
officium diuidi non debet. l. ſi quis à filio. §. ſi parti de lega. 1. nu. 10. 51
officium iudicis, an & qualiter ex verbis legis, vel ſtatuti oriatur. in l. ea demum. C. de collat. num. 4. cum plur. ſeq. 61
officium iudicis quando finiatur. in l. quod iuſſit. ff. de re iud. nume. 34. 35. & 38. & ibi quando competit parte non petente. num. 45. 156
officium iudicis poteſt cedi, & ſic etiam reſtitutio in integrum. ff. de nou. oper. nunc. l. 1. §. vſufructuarius. num. 6. 13
officium prorogatum ipſo iure ex iuris diſpoſitione abſque nouo facto hominis eſt idem officium. ff. de lib. & poſthu. l. filius à patre. §. filiusfamil. num. 7. 198
officium iudicis qualiter, & ad quid competit fideicommiſſario vniuerſali. de legat. 1. l. cum filiofamil. num. 115. & 116. 35
officium iudicis non præſupponit obligationem, nec actionem. ff. de verb. oblig. §. Flauius. l. qui Romæ. num. 15. 179
officium iudicis non habet locum quando plures hæredes ad inuicem diſſentiunt ad eorum incommodum. ff. de verbor. oblig. l. ſtipulatio §. Cato. nume. 47. 32
officium iudicis, quod competit pro fructibus durat tantum triennio. l. prætor ait. §. ſi aliquando. nu. 11. & 12. ff. de nou. oper. nunc. 46
officium iudicis, vt cataſtrum emendetur, debet implorari intra annum, aliàs quis ſibi præiudicat. ibid. num. 13. eod.
officium iudicis mercenarium non poteſt intentari ſine iudicio. de leg. 1. l. ſi domus. §. de euictione. nu. 19. 122
¶Olim, hæc dictio, quod tempus ſignificet. ff. de nou. oper. nunc. l. 1. §. hoc autem. nu. 4. 6
¶Oliuetum. quid veniat appellatione Oliueti. in l. ſi fundum. §. qui fundum. ff. de leg. 1. nu. 18. 137
¶Omagium quomodo ſit inuentum, & quomodo ſumitur, & an ſint plura, vide in proœmio feudo. nu. 7. 234
Omagium an præſtetur in ſpiritualib. ibid. in apoſtillis.
¶Omiſſio ſigni ſanctæ crucis in inuentario, dicitur de leui ſolennitate. ff. de vulgar. & pupil. l. moribus. §. prius autem. num. 13. 109
Omiſſio ſolennitatis ipſo iure vitiat legatum. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi prætor. nu. 1. & 3. 220
Omiſsũ à teſtatore in ſcriptura, & in prolatione verborũ diſpoſitiua habetur, p omiſſo. de lib. & poſth. l. cõmodiſſimè. n. 3. & 6. fol. 177. & in

Source : BIU Cujas

Reper. super Lect. D. Ias.

Isi res obligata. ff. de leg. j. nu. 31. fol. 111. & quid in stipulationib. in l. apud Iul. §. constat. ff. de leg. 1. nu. 23. fol. 68. in verbo Error. 77

Omissio solennitatis, quæ debet interuenire à principio ipso actu vitiat ipso iure. l. vniuersa. num. 11. C. de precib. Imper. offe. & nu. 12. quid in his quæ interuenire debent post actum iam celebratum. ibid. 49

Omissio responsionis vitiat stipulationem, non modicum interuallum. ff. de verb. oblig. l. stipulatio. §. qui præsens. nu. 1. 6

Omissum quicquid est in stipulationibus, in verbis habetur pro omisso, quia sunt stricti iuris. ff. de verbor. oblig. l. quicquid astringendæ. nume. 2. 149

Omissum quando habeatur pro omissio. ff. de reb. cred. l. cùm quid. num. 17. fol. 10. & in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum. num. 13. 206

Omissum per viam exceptionis, suppletur postea per viam actionis. ff. de cond. indeb. l. sed si me putem. & §. cum iter. nu. 4. 176

¶Omne signum vniuersale, non prædicatur de pluribus differentibus specie, sed de pluribus differentibus numero l. Imperium. nume. 13. ff. de iur. omn. iud. 71

¶Omnimoda dictio, quid importet. l. Imperiũ. nu. 12. ff. de iurisd. omn. iud. fol. eo. & in l. si quis in conscribendo. C. de pact. nu. 6. 89

Omnimodo hæc dictio importat idem quod per omnem modum obligetur, & sic naturaliter, & ciuiliter. ff. de verb. oblig. l. si liber homo. num. 2. 168

Omnimodo hæc dictio est vniuersalis, quæ importat non admitti purgationem moræ. ff. de verb. oblig. l. si insulam. nu. 16. 136

¶Omnino hæc dictio est præcisa, & importat idem quod omni casu. C. de impub. & alijs subst. l. precib. num. 2. fol. 143. & in l. 2. C. de iure emphy. num. 8. fol. 203. & in l. 1. ff. de reb. cred. num. 5. fol. 3. & in l. nemo. ff. de verb. oblig. num. 5. fol. 129. & in l. Pomponius. §. quæsitum. ff. de acq. poss. num. 6. 111

¶Onus quod reijcitur de legitima, facit q̃ non parendo oneri in reliquis partib. sit locus substituto. ff. de acq. hær. l. 1. nu. 16. 58

Onus vult honorem, & qui recusat onus tutelæ perdit emolumentum legati. ff. de iureiur. l. eum qui. nu. 4. & 5. 95

Onera hæreditaria non transeunt in legatarium, sed legatum affert solum lucrum. ff. de leg. 1. l. cùm filiofam. nu. 124. 36

Onera hæreditaria ad hæredes transeunt non obstante assignatione. l. si quis in fundi. § si quis hæredes. ff. de leg. 1. num. 1. 15

Onus quando est aliquid intrinsecum actioni, vel exceptioni debet etiã nemine opponente impleri. C. de collat. l. filiæ licet. nu. 1. 61

Onus publicum: puta collecta, an imponatur cedenti bonis. in l. 2. C. de iur. emphy. nu. 26. 198

Onus fideicommissi, si sit expresse iniunctum impuberi nihil valet. l. si arrogator. nu. 31. de adoptio. 37

Onus soluendi pertinet ad possessorem etiam si possideat non vt dominus, sed ratione pignoris. in l. inter debitorem. ff. de pact. nu. 1. 207

Onus iniunctum hæredi, & alteri, qui non est hæres, debetur à solo hærede. ff. de leg. 1. l. si duobus reis. §. hæres. nu. 1. 45

Onus impositũ ciuitati, vel villæ, quis ad illud teneatur. l. si quis in fundi. § si quis hæredes. ff. de leg. 1. nu. 3. 15

¶Operarius & operæ. Opera dictio potest capi dupliciter, qualiter autem. ff. de cond. indeb. l. si non sortem. §. libertus. nu. 3. & 24. 181

Operarius si in opere rumpat aliquod instrumentum ferreum, an conducens teneatur, quid autem si frangitur res in qua operatur. ff. de cond. indeb. l. si non sortem. §. libertus. nu. 31. 182

